cum difficultate placant̃. & uolunt ulcisci: a quibus ualde cauẽdum est. Insensi dicuntur illi qui nullo modo dimittunt iram etiã in morte: nisi ulti fuerint illos: a quibus se læsos putant aut sciunt. Non potest constitui quousq; & quomodo quis debeat irasci: sed prudẽtiæ omnia subiicienda sunt ut ponãt modum affectibus. Prudentia enĩ subit rationẽ architecturæ. debemus igitur irasci. ut oportet. & ut ipsa prudẽtia præscribit: quæ omniũ uirtutum regina est moderatrix. Hæc sunt ex sententia peripateticorum. Stoici autem quos Cicero his officiis imitatur uolunt mansuetum uacare ira & ab ipso sapiente affectus remouẽt. uult enim Aristoteles ut dixi mansuetum esse illum: qui irascitur ut oportet: & quamdiu oportet.

clementia: In liberis uero populis: & iuris æquabilitate exercenda etiã est facilitas: & altitudo animi quæ dicitur: ne si irascamur aut in tempestiue accedẽtibus: aut imprudenter rogãtibus in morositatem ĩutilẽ & odiosam ĩcidamus. Et tamẽ ita ꝓbanda est mãsuetudo atq; clemẽtia: ut adhibeatur reip. pro causa seueritas: sine q̃ administrari ciuitas non potest.

Officium illius qui in alios animaduertit.

Omnis aũt & aĩaduersio & castigatio cõtumelia uacare debet. Neq; ad eius qui puniet aliquẽ aut uerbis castigat: sed ad reipu. utilitatẽ referri. Cauendum est etiam ne maior pœna q̃ culpa sit. & ne iisdem de causis alii plectantur: alii ne appellentur quidem. Prohibenda autẽ maxime est

Omnis autem animaduersio. ꝑcipit nunc quid agendũ sit cum quis punitur. nõ enim debemus in aliquem animaduertere eo studio & animo ut illum cõtumelia afficiamus: sed ut uult iustitia & ꝓ utilitate reip. non ad nostram uoluptatem: & cũ aliquem obiurgamus castigamus ue: nõ id agendũ est causa cõtumeliæ. sed studio corrigendi & reducendi ad bonos mores & officium: si ab eo discesserit.

Animaduersio

Animaduersio est punitio: ut lex ꝑscribit: & est cũ quis punit̃ in pecunia uel in persona: sed plærũq; in persona: & dicimus aĩaduerto in te. i. punio iure & legibus ita uolẽtibus. Castigatio fit uerbis tantũ. Obiurga-

Castigatio

Obiurgatio

tio est inter amicos & propinquos & plus est castigare q̃ obiurgare. Contumelia. Iniuria: ut habet̃ libro. ix. digestorum: æx eo dicta est: q; nõ iure fiat. omne enim quod non iure fit: iniuria fieri dicitur. specialiter aũt iniuria dicitur cõtumelia dicta a contẽnendo: ut est etiã apud Senecã. Est igitur cõtumelia species iniuriæ quæ fit cum quis punit̃ quodam iudicis affectu: & magis studio notandi infamia: q̃ iuris exequendi: quoniam iuris exequutio non habet iniuriam. Si quis de honoribus decernendis alicui passus nõ sit decerni utputa imaginem uel qd

Iniuria

Cõtumelia

tale an iniuriarum teneatur quærit Vlpianus: & ait Labeo non teneri: q̃uis hoc cõtumeliæ causa faciat. Et sic patet contumeliam esse ad notam infamiæ. Ergo puniendus est aliquis nõ ad contumeliã: sed ut iura uolunt citra animi affectum: & hoc ad iudices pertinet & illos qui in alios animaduertendi ius habẽt. Si enim quis truncari meretur: non debet suspẽdi ad contumeliam. Castigatio: quæ fit uerbis: nõ debet esse cõtumeliosa. Qui puniet. & hoc quantum ad animaduersionem. & sic optime docet monet q; qualiter nos gerere debemus in castigandis erroribus: quoniam non debemus aliquem punire aut uerbis castigare ad explendam animi nostri li-

Plato

bidinem: sed pro utilitate cõmuni. Plato in octauo de legibus agens de iudiciis sic ait. Quos insanabiles legislator esse senserit ultimo supplicio afficiet: non ignorans melius fore iis qui sunt insanabiles mori q̃ uiuere. Cauendum est etiam. aliud præceptum quo monet puniri debere nocentem: ut meretur: & si pœna mediocri dignus est: non debet magna affici. & econtra. Et cum sunt plures conscii: omnes debent pari modo puniri: ne miseri & inopes plectantur. potentes autem & pecuniosi euadant impune: quod utinam non ubiq; fieret. Laruncuni enim suspenduntur: raptores publici: latrones potentes & quadruplatores censentur & gaudẽt. Plectantur. puniantur. Ne appellentur. citentur: idest non modo non puniãtur: sed ne uocentur quidẽ in ius. Prohibenda autem. Aliud præceptum. Neminem scilicet iratum debere ad pœnam mulctam q; irrogandam accedere: quoniam mediocritatem retinere non poterit. Ira enim est affectus uehementissimus & breuis quidam

furor. Vnde sermo irati nō potest cōtinuare unum sensum ī loquēdo: & ideo ipsius oratio debet esse breuis sententus & crebris figurarum mutationibus: uelut inter æstus iracūdiæ fluctuare: & sic stilus satyricus. Satyrus enī motus ad affectū discurrit: & mores notat. Vnde opus est ut eius orō fluctuet: quia est iratus: & mordet alia eratq; uitia. Nunq̄, enī rō est. Ex quo īquit in quarta disputatiōe Tusculana. illud laudaṫ Architæ: qui cū uillico factus esset iratior: quo te modo īquit accepissem: nisi iratus essem? Seneca etiā dicit: Nil minus q̄ irasci punientē decet. Ad pœnā, ad aliquē puniendū. Inter nimiū & parū: inter duo extrema: de quibus dictū est.

ira in puniēdo. Nunq̄ enim iratus qui accedet ad pœnam mediocritatem illam tenebit: quæ est inter nimium & parum quæ placet Peripateticis: & recte placet: modo ne laudarent iracundiam: & dicerent utiliter a natura datam. Illa uero omnibus in rebus repudianda est. Optandumq; ut hi qui præsunt reipublicæ legum similes sint: quæ ad puniendum non iracundia: sed

Mediocritas aūt est mansuetudo: & mansuetus debet irasci: ut oportet: aliter aut exupabit: aut deficiet: qđ nō fit sine uitio: sed potius debet se flectere ad parum: q̄ ad nimiū. Peripateticis. Aristoteli & aliis: quorum ille princeps fuit, & uoluit iram cadere in sapientem: ut dicat ipsa prudētia: & omnis uirtutes esse mediocritates inter nimiū & parū: quod i. ii. moraliū ꝓbat Aristoteles per inductionē: & idefinit uirtutē esse habitum electiuū in mediocritate consistentem. Modo ne laudarent iracundiam. pace Ciceronis dixerim. Aristoteles peripateticorum princeps non laudat iracundiam: sed probat iram cum mediocritate: ut non nimium recedat a naturæ constantia. Immo uituperat iracūdiam: quæ fit per omnis circūstantias: & dicit esse in exuperatione: & perpaucos iracundos inueniri: quoniam est quasi impossibile aliquem esse qui tot mala habeat. Multis enim modis fit iracundia & latissime patet. Vnde id quod est maius malum, magis opponitur mediocritati. Vnde concluditur Aristotelem nunquā laudasse iracundiam. In tertio tamen moralium disputans de fortitudine dicit. Atqui iram etiam ad fortitudinem referunt. Fortes enim & hi uidentur, qui ira feruntur, perinde ac feræ in eos qui ipsos uulnerarūt: quia & fortes concitantur ira: est enim ira res impetuosissima ad aggredienda pericula: quapropter & Homerus dixit. Vires iniecit ira: & animum ira concitauit: & acuta per nares uis: & efferbuit sanguis. Hæc enī uniuersa iræ concitationem impetumue significare uidentur. Aristoteles illic loquitur secundum opinionem uulgarium & imperitorum, ipse enim sentit: & tenet non debere aliquem dici fortem qui ductus ira magnum aliquid aggreditur: quoniam inquit fortes agunt ob honestatem: sed irati minime: quoniam si ob iram aliqui essent fortes: bruta etiam fortitudinem habere dicerentur: quod est absurdissimum. illa enim aliquem impetunt uulnere aut dolore perculsa & irritata: fortes autē honestate ducti non affectu. Ipsa ira subministrat bilem fortitudini. Qui autem propter hæc agunt inquit Aristoteles: pugnaces quidem sunt: at non fortes: non enim ob honestatem agunt: aut ut ratio præscribit: sed ob ipsum affectum: idest iram: aliqua tamē ex parte sunt similes fortibus. Non igitur feræ sunt fortes: propterea ꝙ dolore commotæ ac ira ruunt in pericula nihil prouidentes malorum. nam & hoc modo ipsi asini cum esuriunt fortes essent: non enim a pabulo uerberibus amouentur. Et sic liquido appatet: Aristotelem non modo nō laudare iracundiam: sed ne iram quidem: nisi ut ipsa recta ratio præscribit. Ita enim dicit ī tertio ethices. Maxime autem ea fortitudo naturalis esse uidetur: quæ est ob iram electione sumpta fineq;: & ipsi etiam homines cum irascunṫ dolent: cum ulciscuntur capiunt uoluptatem. Quo distet ira ab iracundia: inquit Seneca: apparet quo ebrius ab ebrioso. Iratus potest non esse iracundus. Iracundus non potest aliquando iratus non esse. In. iiii. Tusculana. ubi est totus stoicus Cicero peripateticos uehemēter reprehēdit dicens. An uero uir fortis nisi stomachari cœperit: non potest uir fortis esse gladiatorum id quidem: quāquam in eis ipsis uidemus sæpe constantiam: colloquuntur. congrediuntur: queruntur: aliquid postulant: ut magis placati q̄ irati esse uideantur. & paulo post dicit: Vbi sunt ergo isti: qui dicunt iracundiam esse utilitatem. potest utilis esse insania: aut naturale quicquam esse: aut secundum naturam quod fit repugnante ratione. Sed hoc non est mirum in Cicerone: qui uni disciplinæ additus non erat: nec unum dogma sectabatur. sed more academicorum aut probabat opiniones: aut iprobabat suffragante ad omnia ubertate ingenii & eloquentia. Et in hoc opere stoicos potissimum sequitur: qui noluerunt sapientem ira uacare. sed mihi uidentur truncum quendam: aut statuam marmoream non hominem animatum & uarios affectus habentem constituere. Seneca etiam stoicæ professionis damnat peripateticorum sententiam dicens. Ira non acuit animum ad res bellicas, nūquam enim uirtus uitio adiuuanda est se contenta. Aristoteles dicit ira necessaria est: nec quicquā sine illa expugnari potest: nisi illa impleat animum & spiritum accendat. Vtendum autem est illa non ut duce: sed ut milite. & ira inquit est cupiditas doloris reponendi. Qua Aristoteles in secundo ethices probās omnem uirtutem morum circa uoluptates doloresq; uersari dicit. Qua propter & sunt qui definientes uirtutes affectuum inquit ipsas esse mediocritates tranquillitatesue quasdā: sed non recte: quia simpliciter dicunt & non addunt ut oportet: & cætera quæ adduntur. Illa, iracundia. Repudianda, reiicienda tāq̄ res noxia & minime placēs: tractum ab uxore quæ a uiro repudiatur: aut fit diuortium. Sed est differentia, nam diuortium est inter uirum & uxorem postq̄ coniuncti sunt ab eo dictum: q̄ in diuersas partes eunt qui discedunt. Repudium uero sponsæ: remittitur anteq̄ coniungatur uiro, inde dicimus repudiare spernere & reiicere. Sint similes legibus, quoniam leges pro æquitate puniunt non pro iracūdia: punit enim lex sine perturbatione: & uir bonus & æquus interdum legem emendat & iudex est uiua uox legis: & sic prætor: qui reddit iura: dicitur uiua uox iuris ciuilis. Is igitur qui iustitiam administrat debet imitari leges: nec affectu duci: sed legibus niti: & omnia in æquiorem partem interprætari: ut bonum prætorem decet. Vnde arbiter honorarius dicitur is: qui omnia in æquiorem partem interprætatur. Atq; etiam, aliud pcæceptum.

Margin notes: Aristote. (beside "ti. Vnde concluditur…"); Seneca (beside "rum sententiam dicens…"); Aristote. (beside "tum accendat…"); diuortiū (beside "dianda, reiicienda…"); repudiū (beside "Sed est differentia…").

Neminem.s.debere efferri:& superbire secunda fortuna:quod leuitatem quandam significat a natura magnanimi penitus alienam:qui omnem fortunam fert moderate. Ad nostram uoluptatē.ut nos optamus. Fastidium.odium aliorum hominum & morositatem. Arrogantiam.nimiam insolentiam. Nam ut.ratio quare supradicta ipsi magnanimo fugienda sunt:quoniam sunt cōtra suam naturam:quæ debet esse grauis,sedata:efferri autē aura fortūæ & cū reflauerit deprimi leuitatis est & incōstantiæ atq; hominis ignari: quid fortuna possit. Vnde idem Cicero in oratione pro Sestio i laudem Catonis dicit. Atq; etiam eo negocio .M.Catonis splēdorem maculare uoluerūt: ignari qd grauitas: quid integritas, quid magnitudo animi:quid denq; uirtus ualeret:quæ i tempestate sua quieta ē:& lucet i tenebris & pulsa loco:manet tamē atq; hæret in patria:splēdetq; per sese semper:neq; alienis unquā sordibus obsolescit. Leuitatis.icōstātiæ quæ grauitati inimica est:& magnanimus debet eē grauis.& moderate ferre fortunam.& totus ex se pendere:nec fluctuare iter æstus affectuum:ut leues faciūt. Præclara.summa laude digna. Aequabilitas. ipsa mediocritas:ut quis nec efferat nec deprimatur:sed teneat æquabilitatē i omni uita. Idē uultus.

æquitate ducūtur. Atq; etiam in rebus prosperis & ad uoluptatem nostram fluentibus superbiam magnopere fastidium:arrogantiamq; fugiamus. Nam ut aduersas res:sic secundas im moderate ferre leuitatis est: præclaraq; est æquabilitas i omni uita. & idē semp uultus eademq; frons:ut de Socrate:idem de.C.quoq; Lælio accepimus. Philippum quidem macedonum regem rebus gestis & gloria superatum filio facilitate & humanitate uideo superiorem fuisse. Itaque alter sem-

quoniā mutatio uultus idicat aīum nō esse sedatū:& uolūtatē ad diuersa rapi:a q̄ uultus fingit:q est animi idiciū. Eadē frons.eadē hilaritas faciei:nō ut nūc obducat:p̄p iram:nūc sit læta.hæc oīa signant animi affectus. De Socrate.dictū est. C.Lælio:qui hītus ē sapiens. Philippū qdē.Affert exēplū Philippi Regis Macedonū & Alexādri filii: dicitq; Alexandrū supasse patrē præstātia bellica:& magnitudine reg̃ gestaꝝ:sed superatū
Trogus fuisse a patre facilitate atq; humanitate de quorum uita & moribus sic scribit Trogus libro.ix. Alexāder filius Philippo successit:& uirtute & uitiis patre superior.Itaq; uincēdi rō utriq; diuersa. Hic apte bella tractabat:deceptis ille gaudere hostibus:hic palam fusis:prudētior ille cōsilio.hic aīo magnificētior.Iram pater dissimulare plærūq; & uincere:hic ut exarsisset:nec dilatio ultiōis nec modus erat. Vini uterq; nimis auidus:sed ebrietatis diuersa uitia.prī mos erat de cōuiuio in hostes:procurrere:periculis temere se offerre.Alexāder non in hostem sed i suos sæuiebat:quāobrē sæpe Philippū uulneratū prælia remisere:hic de amicorum īterfectorum cōuiuio frequēter excessit.Regnare ille cum amicis uolebat:hic i amicos regna exercebat.amari pater malle:hic metui. Litterarum cultus utriq; similis:solertiæ pater maioris:pater parcendi uictis perniciosior animus: filio promptior & honestior.frugalitati pater:luxuriæ filius magis deditus erat.quibus artibus orbis imperii fundamēta pater iecit:operis totius gloriam filius cōsūmauit. Facilitate.māsuetudīe:quoniam facilis erat amicis sineali
Humanitas triplex qua morositate. Humanitate.benignitate sine aliqua arrogātia. Humanitas enim uetat superbū esse aduersus socios. Humāitas auctore Platone triplex est. Vna fit per salutatiōem.ut cū nobis obuios salutamus:& manum porrigimus. Altera:cū qs opē affert calamitate laborāti. Tertia:cū hoīes iter se cōuiuia celebrāt: & consuetudīe gaudēt. Itaq; alter.Philippus semper magnus:magna laude dignus p̄p facilitatē & humāitatē. Alter sæpe turpissimus:Alxāder sæpe īfamia sūma notatus p̄p insolētiā & crudelitatē in suos:cū mero incaluisset. Interea īquit Trogus: Alexāder nō regio more:sed hostili odio in suos cœpit sæuire. maxime indignabatur carpi se suorum sermōibus:seq; mores Philippi pr̄is pr̄iæ subuertisse:p̄p quæ carmina Parmēio quoq; dignitate regi p̄ximus:cū Philota filio de utroq; prius habitis q̄stionibus iterficit. Et in cōuiuio post Alexandriam conditam ad radicem caucasi mōtis.s.qui perpetuo iugo asiam diuidit:orta inter ebrios rerum gestarum a philippo mētio esset:& nōnulli eū laudibus ferrent:ipse cœpit se patri præferre & magnitudinem reg̃ suarū extollere. Itēq; cū unus e conuiuis Clytus noīe iam senex fiducia regiæ amicitiæ memoriam Philippi defenderet:laudaretq; eius res gestas:adeo Alexandrum offendit:ut telo a quodā satellite rapto Clytū in conuiuio trucidauerit: qua cæde exultās mortuo patrociniū philippi laudēq; paternæ militiæ obiectabat. Inde pœnitētia ductus:mortē sibi afferre uoluit. Nā q̄triduo inediā sustinuit:donec a toto exercitu exhortatus ē ne ita unius morte doleret: ut uniuersos p̄deret:quos in mediam barbariem adduxerat. Itaq; Alexander sæpe fuit crudelissimus etiam i suos:p̄p potū aliquando:quo nihil potest esse turpius:& maxime i eo:qui alios regit. Vnde dicit Plato in.iii.de rep. Vribis custodibus ebrietas mollities atq; ignauia:quam maxime habent indecora. Illis inquit: qui rempu gubernant:ab ebrietate temperādum erit:nulli q̄ppe minus cōuenit q̄ custodi ebrio nescire quo terraꝝ degat. Ridiculū p̄fecto est custodē custode idigere. Carthaginēsiū iquit legē magis q̄ lacedæmōioꝝ laudo:ut nūq̄ i castris quisq̄ uinū gustare audeat:sed toto militiæ tp̄e aquæ usum cōprobarim. In ciuitate autē seruis nunquam uini usus concedendus est. Nec magistratus tēpore quo rēpu.gubernāt: uino utant. Nec gubernatores nec iudices: nec qui deliberaturus in conciliū uocatus est:nec ullo modo in die nisi ualitudinis gr̄a:facilis igit debet esse is q rempu.gerit pro rōne tp̄is & personaꝝ. Vnde bene illi præcipiūt:qui dicūt homines tāto debere esse submissiores:quāto sunt superiores. Tūc enī magnitudo animi ostēdit.
Plutar. Plutarchus scribit Alexandrū ascripsisse hæc scelera furori bachico. pœnitebat enim ipsum q̄ talia cōmisisset aliquando.eū quoq; ingt thebanoꝝ sæpenumero calamitas afflixisse dicit. Clyti uero cedem inter uina factā.itēq; repudiatos in india macedones:ut qui imperfectam adhuc militiā detractarēt:ipsiusq; gloriā abiicerēt:ad liberi patris iras omnino referre solebat. Polydamas ut auctor est Curtius lib.v.missus est ad occidēdū Parmenionē proditionis isimulatū: cuius latus primus Cleā
Plynius der hausit;inde iugulū;cæteri quoq; exaium cōfoderūt. Androcides auctore Plynio,libro.xiiii.sapiā clarus ad-

Alexādrum magnū scripsit iotemperantiā illius cohibens. Vinum potaturus Rex memēto te bibere sanguinē
terræ. Sicuti uenenū est homini cicuta: ita & uinū. Quibus præceptis si ille obtemperasset profecto amicos in te
mulentia nō interemisset. Asclepiades super mensam dixit. Prima cratera ad sitim pertinet: secunda ad hilarita
tem: tertia ad uoluptatem: quarta ad isaniā. Sæpe turpissimus. infamis: nam turpitudo in moribus dicitur.
Recte. bene ut sunt ipsi stoici qui nihil admirantur præter uirtutem. Submissius. humanius: humilius.
Superiores. in meliori fortuna: quoniam uir magnanimus æquabiliter fert fortunā in utrāq; partem. Pa- Pnetius
netius quidē. panetius præceptor fuit Aphri
cani minoris rhodius genere: qui scripsit de
officiis: in quibus hæc de auditore suo Aphri
cano Aemiliano inseruit. Familiarē. ami-
cum & auditorem: dicebat Aphricanus ho-
mines prospera fortuna exultantes debere re
gi consilio prudentum: ut equi effreni ab in-
sessore. Contētiones. decertationes: & præ
lia strepitusq; tubarū: quibus effecti sunt fe-
rociores. Facilioribus. magis obtemperan
tibus insessori. Effrenatos. superbientes &
elatos secunda fortuna. Prfidentes. nimi-
um fidentes sibiipsis. Tanq̄ in gyrū. ꝑstat
in translatione equorū: qui freno uoluunt in
gyrū: ut sint faciliores. Et ideo dicit tanq̄ i gy
rum: ut scilicet intelligāt fortunam esse mu-
tabilem: & illius temeritati nō esse fidendū,
sed parendum rationi & consiliis prudentū:
qui longa experientia edocti optime consule
re possunt. Rationis. intellectus: ut s. pare-
ant rationi: & ab illa nō discedant ducti appe
titu: ut faciunt equi: qui uoluūtur ab insesso
re in gyrū: ne nimiū sint feroces. Imbecil-
litatem. debilitatem & mutationem. Vnde

per magnus: alter sæpe turpissimus. Vt recte præcipe-
re uideant̄ qui monēt: ut quāto superiores sumus: tan
to nos sūmissius geramus. Panetius quidē auditorem
aphricanū & familiarē suū solitū ait dicere: ut equos ꝓ
pter crebras cōtētiones præliorū ferocitate exultantes:
domitoribus tradere soleāt: ut his facilioribus possint
uti. Sic hoies secūdis rebus effrenatos: sibiq; ꝑfidentes.
tanq̄ in gyrū rōnis: & doctrinæ duci oportere: ut ꝑspi-
cerent rerū humanarū imbecillitatē: uarietatēq; fortu-
næ. Atq; etiam in secūdissimis rebus: maxime est uten-
dum cōsilio amicorū. Hisq; maior q̄ ante tribuenda est
auctoritas: Iisdēq; tꝑibus cauendū ē: ne assentatoribus
patefaciamus aures: nec adulari nos sinamus: in qua
falli facile ē. Tales. n. nos eē putamus: ut iure laudemur
Ex quo nascunt̄ inumerabilia peccata: cū hoies inflati
opinionibus turpiter irrident̄: & in maximis uersan-

oportet in secundis rebus uti prudentia. In omni uita sic uiuendum est: ut constantiam & magnitudinem re-
tineamus: & mediocritatem: quod ut facilius assequamur: debemus amicorum consilio uti: & prudētum: cū
sumus in prosperitate rerum: ut illorum cōsilio ad id quod rectū est dirigamur: aliter appetitus uoluptate cor
ruptus: & factus insolentior minime parens rationi in uetitū ruet. hecuba apud Euripidē iam serua ex regina
deplorans fortonæ mutationē dicit: hæc oia quæ in mundo habent̄ bona nihil sunt: frustraq; rationū huma-
narū consilia: & linguæ iactantia. ille est fœlicissimus: cui per tēpus ætatis nihil mali cōtigit. Secundis. ꝓspe-
ris: quoniā hoies in ꝓspera fortuna non sunt cōpotes sui: sed in manu fortunæ. Et ideo in secundis rebus debe-
mus esse moderati: dicebat Periāder: & uti cōsilio amicorū. Auctoritas. dignitas: & illorum auctoritati cre-
dēdum & monitis. Iisdem temporibus. cū sumus in prospera fortuna. Ne assentatoribus. pellēda est adu
latio & assentatio: quæ est uitiorū adiutrix: & nō modo amico: sed ne libero quidē digna est. oēs enim adulato
res sunt seruiles. Solon dicebat: Caute singulos obserua: ne forte odiū in corde tegāt: dum blāda & arridenti Solon
facie te alloquūtur: duplaq; illis lingua atra ex mēte sonat. Et Cæsar Augustus pellendas esse indecoras adula-
tiones dicebat. Assentatio inquit Cicero alibi: nemini nocere potest: nisi ei qui eam recipit: atq; ea delectetur.
Itaq; fit ut is assentatoribus patefaciat auras suas maxime: qui ipse sibi assenterur: & se maxime ipse delectet
Multi gnatonum similes sunt: cum sint loco fortūa famaq; superiores: horum est assentatio molesta: cum ad
uanitatem accessit auctoritas. Cato dicebat: multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri: q̄ eos ami-
cos qui dulces uideantur: illos uerum sæpe dicere: hos nunq̄: Adulator est is qui affert ea quæ non fecit is cui adulator
adulatur. Assentator est is qui extollit & auget ea quæ facta sunt. Et adulator semper loquitur emolumenti sui Assenta-
causa: & ideo deterior est. Assentator enim placere studet. adulator autem lucrari: ut scribit Aristoteles libro q̄r tor
to moralium. Et qui gerit morem ut decet: amicus est. Qui in omnibus rebus aduersatur: dicitur contentio-
sus. Qui magis q̄ debet gerit morem adulator est. Amico igitur credēdum est: qui recte monet: ab aliis autem
cauendum. Vnde dicit Seneca: Nihil tam æque delectauerit animum: q̄ amicitia fidelis. Adulari. passiue Seneca
dixit more antiquo. nam adulo. as. quondam dicebatur: nunc adulor est uerbum deponens. Valerius maxi. li.
ii. Etiam tribunus militum adulādus erat. Plato in. v. de legibus sic ait. Veritas profecto tum diis: tum homini- Plato
bus dux oium est bonoꝝ cuius qui fœlix beatusq; futurus est statim ab initio particeps esse debet: ut i ueritate
plurimum temporis uitā agat fidus hic certe est: infidus autem qui sponte mentitur. Adulari. q; adulemur
ab aliis. In quo. in qua re: id est adulationibus facile decipimur: quoniam inquit nobis nimium placemus: &
arbitramur eē tales quales dicimur ab adulatoribus: ut de Domitiano scribit Iuuenalis: Quid apertius: & ta
men illi Surgebant cristæ: nihil est quod credere se non Possit: cum laudatur diis æqua potestas. Si continens
es inquit Seneca adulatiões euita: sitq; tibi tam triste laudari a turpibus: q̄ si lauderis ob turpia. lætior esto quo- Seneca
tiens displices malis: & malorum de te æstimationes malas ueram laudationem tui scribe. Ex quo. ob hoc
quia putamus nos esse tales: ut iure laudemur: euenit ut homines irrideantur. cum se iactant: & nimium
sibi placent propter talem de se persuasionem. Inflati. elati tali persuasione. Erroribus. quoniam

tur erroribus. Sed hæc qdē hactenus. Illud autē sic est iudicādum maximas geri res. & maximi animi ab his q rempu. regant: q̃ eorum administratio latissime pateat: ad plurimosq̃ pertineat. Esse aūt magni animi: & fuisse multos etiam in uita ociosa: qui aut inuestigarēt aut conatentur magna quædam: seq̃ suarum rerū finibus cōtinerēt: aut iteriecti iter phōs: & eos q rēp. administrarēt: delectarent̃ re sua familiari: nō eā qdē oī rōne exaggerātes: neq̃ excludentes ab usu suos: potiusq̃ & amicis ipartiētes: & reip. si q̃do usus esset. Quæ primū bene parta sit. nullo neq̃ turpi q̃stu: neq̃ odioso: tū q̃plurimis: mō dignis: se utilē præbeat. Deinde augeat̃

ea nō hēnt q̃ hēte se credunt. Illud aūt. postq̃ Cice. de fortis uiri & magnanimi officiis & eorū qui rēp. gerūt disseruit: afferens q̃si cōclusionē supioris disputatōis: repetit p epilogū ea q̃ dixit: & ꝑperās ad alia ꝓcepta diuidit officia: quæ hoies ī uita exercēt: docetq̃ qui sint hi: a qbus res maximæ gerunt̃. Inde ponit secundos: postea tertios. Et tandē præcipit quō res domestica forti uiro augēda sit. Dixit eni supra fortē uersari circa res arduas & ea quæ pertinent ad uitā degendā. Hanc ergo partē ꝓpōnis nunc tractabit: cōcludens si hæc præcepta seruauerimus: magnifice grauiter & amicabiliter uitæ humanæ nos posse uiuere. Illud. de quo supra disputatū est. Nā dixit de tribus hoīum generibus: de his q rēp. gerūt: quoq̃ uitā dixit eē fructuosiorem hoīum generi: de his q ī ocio delectāt̃ re sua familiari: & de phīs q ī rerū cōtemplatōe uersant̃: & an res urbanæ sint maiores bellicis. Affert igit̃ Cicero suā sniam & conclusionē supioris disputationis: & dicit illos eē locandos ī prio gradu magnanimitatis: q rēpu. gerūt. & illoq̃ res maxias eē: quoniā latissime patent officia quippe eorum qui reipub. consulunt: nō ad proprium cōmodū: sed ad cōe spectant: ideo maximā laudē merent̃. Latissime pateat. ad cōem utilitatem se extendat: quoniam oībus ꝓdest bona reipu. administratio. Esse aūt. hi sunt secūdi: qui se ad philosophandum contulerunt: & doctrinā: cōtēti finibus rerū suarū: sed quia hoc nō oībus prodest: sed sibi & paucis: ideo in secūdo loco ponūtur. magnanimi tamē sūt: quoniā spernūt ea quæ cæteri admirātur: & res cōtēnūt humanas: & circa magna cognitioneq̃ dignissima uersant̃: ut sūt res naturales & supnaturales. Esse aūt magni animi. etiā iudicandū est fuisse multos magni animi: & eē in uita ociosa: ꝓter eos qui uersati sunt in repu. Inuestigarēt: inquirerēt īgenio & iuenirēt. Magna quædā. notiā magnarū rerū & causas earū. Finibus rerū suarū: ut nil quærent: nilq̃ appeterēt præter res suas. philosophi enī īponētes modū cupiditatibus: & animū diuitē nō arcā habere cupiētes: ītra fines rerū suarū se cōtinebant: bona fortunæ minima ducētes. Aut interiecti. hi sūt tertii qui delectant̃: re sua familiari nō capessentes rēpu. nec philosophantes: se diuiuētes in agris: cū nō possent ferre principū mores. Interiecti. medii inter philosophos & rēpu. gerētes. Exaggerātes. nō accumulātes rē domesticam p fas & nefas. Omni rōne. quocūq̃ mō: sed unde oportet. i. e suis prædiis pecuariis & uillatica pactione. Nā liberalis est habere diuitias: unde oportet: ut liberalitate uti possit. & magnificētia: nec debemus excludere nostros ab usu rerū nostrarū: qoniā amicoq̃ omnia debent eē cōia: & si amicoq̃: multo magis ꝓpinquoq̃ & gentiliū: & pro repu. si opus est debemus effundere pecunias sine aliqua parsimonia. hæc ꝓcepta pertinēt ad domesticā disciplinā. Quærēdæ sunt diuitiæ rōne honesta: ut ex agris nostris aīalibus. citra tamē iniuriā alioq̃: & ex effossionibus metalloq̃. i. oīum quæ sub terra īueniunt̃. Neq̃ excludētes. nō remouētes ab usu rei nostræ domesticæ. Vnde laudat̃ a Plutarcho Nicias atheniēsis clarissimus imperator: qui cū argētifodinā in agro suo ha-
Plutat. betet: & multos circa se petitores: neminē uacuū dimisit. Nō minus enī: inqt Plutarchus: his ia qbus mala q̃spiā meret: q̃ is qui benemeriti sūt tribuere cōuenit. Itaq̃ plurimis hoībus Niciæ facultates utilitatē afferebāt. Si quādo usus. i. si necessitas exigeret. Primū. ante oīa sit cōparata: unde oportet: nō rapina furtoue: aut usuris cæterisq̃ modis illicitis. Plato monet nō eē cumulādas pecunias illi: qui cupit esse diues: sed minuēdas cēset cupiditates: q̃re inqt ab iopia nunq̃ liber erit: is q nullū cōstituēs cupiditati modū semp diuitiarū exagitet̃ ardore. Et
Cato Cato cēsorius dicebat. Nobis natura datū eē: ut erga hoies iustitia utamur. in eos aūt qbus aut gratia aut beneficio deuicti sumus: etiā si rōnis usu priuati sine mālsuetudo uelut ex abundanti quodā fonte plærūq̃ defluat: ꝓpter quod satis monet ab usu diuitiarū nostros minime excludēdos. Nullo neq̃ turpi quæstu. Quidā undiq̃ & quoduis rapiētes exuperāt: ut sūt hi qui actiōes illiberales exercēt. Lenones: fœneratores: & q magno ꝓcio parua uendūt: quoq̃ quæstus odiosus est. Oibus his est turpis cōparatio lucri: cuius gratia & qdē exigui īterdū ꝓbra sustinēt. Aleatores: fures: latrones: illiberales sunt. turpi enī uersant̃ in q̃stu. Aleatores aūt īterdū etiā cū ami-
Quæst⁹ cis lucrant̃: qbus iure humanæ societatis dare deberēt. Quæstus significat lucrū nūmariū ad differentiā: nā lucrū uocāmus etiā in aliis rebus. Turpi. cū turpitudīe: a qua est abhorrēdū. Odioso. ut est usura siue fœnus dictū a fœtura q̃dā pecuniæ pariētis atq̃ īcrescētis: & ideo usura ē odiosa: quoniā ē cōtra naturā. pecunia. n. nō de-
Foenus bet parere pecuniā. natura. n. nō patit̃ ut res talis pariat: & pecunia uidet̃ parere cū lucrat̃: & facit fœnus: a quo
Seneca fœnerator dictus ē. Vnde dicit Seneca: Quid. n. est fœnus & usura: nisi humanæ cupiditatis extra naturā q̃sita noia? Tpibus nostris: pro nefas: oēs pecuniæ pariūt: & a christianis iā iudæi superant̃: & adeo iā fœcūdus est nūmus: ut īnumeras arcas & loculos amplos fœneratoq̃ expleat. Naturæ parēti in oīa portēta tuētes uiolētiā facimus. ex re qualibet lucrū placet: nulla honestatis habet̃ rō. Olida & marcida scorta cēsent̃ ꝓpter nūmos. Agricolæ & sancta rusticitas irridet̃: boni uiri pauptas sardanapalū uiuētibus ludibrio est: quæ nō deber esse indecora: nisi quibus inuitis accedit. Iusti uiri ab iniquis: & optimi a pessimis calcant̃: & mali præter leges fasq̃ dominant̃. legāt igit̃ perditissimi hoīes præcepta gentiliū. postq̃ christi leges non curāt: & illis legendis se iam ab omni humanitate alienos cognoscēt: audiētq̃: modo cupiditatis & auaritiæ sordibus aures nō obducant: diuinæ iustitiæ & humanæ uocē cōtra ipsoq̃ rabiē & æstus cupiditatū inclamātis. Modo dignis. aliter eēt cōtra

iustitiam & liberalitatem : quæ dare debet quibus oportet. Nũc autẽ cuiq; perditissimo & imeritissimo tribuitur. Boni autẽ uiri ut uiuant idigui iudicant. meretrices auro gẽmisq; fulgent. Ratione. ut excogitetur cum rõne quo pacto augẽda sit ide adhibeat diligẽtia: ut quod rõ suaserit fiat. Parsimonia. frugalitate: quæ ẽ maximũ uectigal. Parsimonia dicit ab eo quod est parũ uel parcũ: ide parcus homo. Parsimonia: ut auctor est Gellius apud ueteres romanos: & uictus & cœnarũ tenuitas nõ domestica solũ obseruatiõe ac disciplina: sed publica quoq; aĩaduersione legũq; cõplutiũ sanctionibus custodita est. Nec pareat. nõ potius seruiat libidini & intẽperantiæ. Et luxuriæ. i. superfluitati: sed potius liberalitati: pro qua exercẽda diuitiæ cõparari debent: ut benefici esse possimus in optimos quosq;. Hæc pscripta seruãtẽ. cõcludit Cic. de fortitudine & magnanimitate: & aliis quæ dicta sunt ptinentia ad humanã uitam degendam. Licet, inquit hominẽ seruãtem hæc præcepta uiuere: ut decet magnificum: grauem: animosum: fortem: & sine fraude. Simpliciter. sine fraude. Fideliter. sine timore insidiarum: cum propter iustitiam ois habeat amicos. Et amice. amicabiliter uitæ humanæ. alitet enim ab omni humanitate alieni uidebimur. nã ut sæpe ineulcaui: homo ab homine nõ debet esse alienus.

ratione: diligẽtia: parsimonia: nec libidini potius luxuriæq; : q̃ liberalitati: & beneficentiæ pareat. Hæc præscripta seruãtẽ licet magnifice grauiter: aĩoseq; uiuere atq; etiã simpliciter fideliter: uitæ hominũ amice.

Temperantia.

Sequit ut de una reliqua pte hõestatis dicẽdũ sit: in q̃ uerecũdia: & quasi qdã ornatus uitæ tẽperantia: & modestia: oisq; sedatio pertur-

Sequit ut de una reliqua parte honestatis. Absolutis tribus partibus: trãsit ad quartã & ultimã: de q̃ disputabit usq; ad calcẽ uoluminis. Et adiũgit temperãtiæ uerecũdiã: modestiã: ordinẽ: cõstantiã: & ornatũ. Intẽperãtiã dicebant Stoici ẽẽ matrẽ oĩum pturbationũ: tẽperãtiã uero oĩum officiorũ: in fine faciet cõparation ẽ de duobus honestis: ut ꝓposuit. Verecũdia est timor dedecoris: & ad illos ptinet: q cũ pturbatiõe uiuũt: ut sunt adolescẽtes. nõ ẽ aũt uirtus: sed quoddã bonũ ex suppositione ita dicã: qa ob uerecũdiã adolescẽtes nõ errãt: nã qui uerecũdiã habet a scelere reprimit: qppe adolescẽs cupiditates habet ĩfinitas: qbus ꝓpter pudorẽ abstinet: & ꝓbat pudor in ipso adolescẽte: quoniã est indiciũ bonitatis: & tũc apparet bona ĩdoles. ideo dicit Teren. Erubuit: salua res est. Plato in charmide de tẽperãtia sic scribit. Tũc genæ charmidis rubore suffusæ gratiorẽ formã ostẽderũt: nã pudor eã ætatẽ decet. Aristo. sic ait. Nõ ad q̃uis ætatem sed ad iuuenilẽ ptinet uerecundia: censemus enĩ eos qui eius ætatis sunt uerecũdos esse oportere: eosq; laudamus adolescẽtes qui uerecũdi sunt. Prudẽtes iquit Cyrus apud Xenophontẽ: quæ turpia sunt in ꝓpatulo fugiunt. Tẽperãtes uero ac pudici etiã in obscuro. Verecũdia iNqt Seneca bonũ in adolescẽte signũ. Ad senes aũt nõ ptinet uerecũdia: qa illos nõ decet peccare: sed esse expertes oĩs perturbationis: cũ non sit in ipsis feruor caloris naturalis: & senẽ nõ laudamus ob pudorẽ: qa nõ decet ipsum id agere: ꝓpter quod pudore afficiat: & nõ cadit in uirũ ꝓbũ: qa pro re turpi orit pudor: & ipse uir probus ab omni turpitudine alienus est. Vnde uerecũdia ad illũ ptinet: qui est ꝓnus ad delinquendũ: & uersat inter æstus perturbationũ: ergo uerecundũ est probitas ex suppositione nõ per se: necesse est enim ut uitiũ p̃supponatur ita dicam: postea inducatur pudor: qui illud reprimat. Virtus aũt est quoddã bonũ simpliciter & absolute: & omni ætati cõuenit. Erit igit pudor quidã affectus & fit in facie rubor: qui nascit ex animi pudore: quoniã natura: ut uolũt physici: cũ qd ei occurrit honesto pudore dignũ imũ petẽdo penetrat sanguinẽ: quo cõmoto atq; diffuso cutis tingitur: & inde nascit rubor: & natura pudore tacta: ita sanguinẽ pro uelamento tendit: ut uidemus quẽquẽ erubescentẽ manũ sibi ante faciẽ frequẽter opponere. & rubor in facie nil aliud est nisi color sanguinis & pudor: nil aliud q̃ timor iuste repræhensionis. exuperatio dicit expauescẽtia. & qui eã habet in omnibus pudore afficitur etiam in quibus non oportet. Defectio aũt dicit impudentia. & qui eã habet nullo pudore afficitur & dicit ĩpudẽs quo nihil ẽ turpius. Temperãtia ẽ mediocritas circa uoluptates atq; dolores. & ꝓpriæ circa eas uoluptates q̃ gustu pcipiunt: & tactu: ut in cibo potuq; & rebus uenereis: circa q̃ uersat intẽperãtia q̃ ẽ exuꝑatio. Vnde philoxenus auctore Aristo. collum gruis optabat: ut maiorẽ uoluptatẽ in epulis sentiret: q̃ maxime sensũ tactus & gustus moueret: Vnde magis uitupanda ẽ. cũ sit nobis cõis cũ belluis. q̃ tactu delectant & gustu. odore aũt nõ p se: sed p accidẽs. unde cũ id qd ẽ cã odoris assequunt: nõ curãt illũ amplius: ut canes: q feras odore ĩuestigant & aues: Sensus Tactus & gustus sunt magis materiales q̃ cæteri. gustus ẽ discretiuus saporũ: & tactus ẽ cõis & primus oium sensuũ. qa oĩa aĩalia habent tactum & circa uoluptates animi non uersatur tempantia aut ĩtempantia: & his quæ uisu percipiunt nõ dicimur tempantes aut ĩtemperãtes: nec his q̃ auditu: nã eos q cãtu delectant: nõ dicimus itẽperãtes: nec his quæ pcipiunt olphatu. Interdũ ẽt capiunt uoluptates ex odore florũ: non tamẽ dicit ĩtemperãtia. Relinquit ergo tempantiã & ĩtempantiã uersari circa ea q̃ gustu tactuq; pcipiunt. Defectio nomĩe caret. põt tamen dici ĩsensibilitas & q eã habet ĩsensatus cũ nõ moueat sensu alicuius uoluptatis: sed hoc ĩ paucissimos cadit: & ideo talis dispositio nõ habet nomen. pauci. n. sunt q deficiant in capiẽdis uoluptatibus q̃ nobis ĩgenitæ sunt: & qbus nõ facile obsisti põt. Est enim appetitus uoluptatis ĩsatiabilis cui bellum idicendum est. Hierocles Stoicus uir grauis dixit uoluptatis finis meretricis decretũ est. Et Plato uoluptatẽ escam malorum appellauit. quã dicebat primam calamitatem animo nostro accedere: cum corpori coniungunt. deprauationem autem & dissolutionẽ assequi cum cogitatões eũ a corporis cupiditatibus separãt. Idẽ in carmide sic ait. Temperantẽ esse illũ dico qui singula ut decet agit & quiete per uiã ĩcedit loquiturq;: atq; ut in sũma dicã tranquille facit oĩa & ut breui complectar quod quæris: quies quædam esse uidetur & sedatio hæc ille: Tempantia ẽ tempatrix oĩum cõmotionum. & a libidine auocat. Ingentiq; alacritate gestire non sinit: & ut honeste uiuamus & a nulla uoluptate subi-

Verecundia

Teren.

Plato

Aristo.

Seneca

Expauescentia

Impudẽtia

Tẽperantia

hierocles

gamur:sua nobis lege pscribit:Est etiā prudentiæ cōseruatrix:& a prudentia deriuat̄.nā phronisis græce latine
Tēpetantia dupliciter dicitur prudentia.Sophrosyni dicit̄ tēperātia:q̄si cōseruatrix mētis & prudētiæ.Intēperātia uero corrūpit prudētiā & bonā æstimationē atq; iudiciū.Vnde pōt recte dici oēm uirtutē eē tēperātiā atq; modestiā:a cuius fine .i.honestate ipm decorū separi nō potest:nisi libera cogitatiōe Tēperātia dupliciter accipitur.uno modo cōtet circa uoluptates percipiēdas sensu:alio modo proprie:cum.s.est mediocritas circa uoluptates gustus & tactus & tēperantiæ plures sunt species cum plura eius obiecta sint,ut potus cibus:uenus. Temperātia cibi dicit̄ absti-
nentia:potus sobrietas.Veneris castitas,oscu li pudicitia. Continentia est affectio inuiola-
cōtinētia bilis rectæ ratiōis siue habitus uoluptatibus
Modestia isuperabilis. Modestia interdum conuertit̄ cum tēperantia:īterdū ponitur p tota uirtute:quoniā ī oī uirtute modus reqrit̄. sed maxime ī ipsa tēperātia:q̄ aduersat̄ uoluptati:q̄ corrupti tes honestas negligimus. Moderatioē q̄si actus ipius modestiæ & decoꝝ accōmodat̄ ad oēs uirtutes,græce dr̄ ꝓpon.i. decēs.Quasi qdā ornatus uitæ,nā ut dictū ē tēperātia atq; modestia sunt qdā ornatus uitæ & qa tēperātia ē cōseruatrix prudētiæ:sine q̄ nō pōt eē aliq̄ uirtus:iō dicit ipsā unacū mo-
Plato destia eē quēdā ornatū uitæ.Pla.i.iiii.de rep. sic ait.Ornatus quidam est temperantia:& a uoluptatibus cupiditatibusq; qbusdā:ut phibent abstinētia. Sedatio pturbationū.quoniā tēperātia & modus mitigāt aī pturbati-
ones:& mētē sanāt.Tēperās enī dicit̄ ille qui ē ītegræ mētis.Integra aūt mēs nō pturbat̄ : nec æstu fluctuat affectum:sed ī oībus se rōni subiicit quæ uult:ut in oī re modus seruet̄. Stoici quos Cice. imitatur: Volebāt oīum officioꝝ causam eē tēperātiā:scelerū uero ītēperātiā:& pfecto sic ē.Nā uir tēperās ab officio nunq̄ discedit: & Itēperātia in oībus nos delinq̄re cogit.apud græcos ītēperās dicit̄ īcastigatus. Vnde pueri dicūtur intēpetātes.i. incastigati:iō datur ipsis pedagogus:ut sit tanq̄ recta rō:q̄ pueri uacāt ob ætatē: & cupiditates debent subiicere rectæ rōni:quoniā p opatiōes cupiditatis assequimur intēperātiā:quo uitio nullū pōt eē maius:quoniā rō ab appetitu uicta ē penitus:& ruit intēperās ad uoluptates sine aliq̄ repugnātia ītellectus. Vnde magis uitupatur q̄ incōtinēs:quoniā in ipsa incōtinētia sit aliqua pugna inter rōnē & appetitū:uincit tandē appetitus:succūbitq; rō. Tēperās uero magis laudat̄ q̄ cōtinēs:quoniā nullā habet pturbationē:& appetitus patet rōni sine aliq̄ repugnantia.In ipso autē cōtinēte nō est sedata pturbatio:sed fit pugna inter appetitū & rōnē. Vincit̄ tandē appetitus a ratione. Ergo tēperantia maior est q̄ sit cōtinētia:& intēperātia est maius malū q̄ sit incōtinentia.Et rerū modus. mēsura qdā:& moderatio in oībus rebus. Igitur tēperantia sanat aīos:& moderatio īponit modū & decorū rebus agēdis. Hoc loco.hac parte honestatis in qua oīa fiūt.oīaq; dicunt̄ ordine & modo. Decoꝝ dicit̄ id quod cōuenit & decet:de quo plura dicent̄ loco suo. Huius.decori est ea potētia & natura:ut nō possit ab honesto separari. Facilius itelligi.i.possumus libera cogitatione intelligere differētiā : quæ est inter decoꝝ & honestū explanari aūt nō potest,nā tūc dicitur decoꝝ cū est honestū:& honestū decorū. Explanari. demōstrari re ipsa & actu. Quicqd enī.rō est. Id tū apparet eē decorū.s.cū pcessit & uirtus:cū enī dicit̄ aliqd decēs:cū est cū uirtute.Itaq; cū hoc ita sit inqt ut decoꝝ tūc appareat:cū pcessit honestas:& honestas cuiusq; uirtutis finis sit. seqtur oībus uirtutibus inesse hoc decorū:non solū in ipsa tēperantia. Hoc loco.in hac quarta parte honesti. In tribus prudētia:iusticia:fortitudo:& pbat hoc incipiēs ab ipsa prudētia.nā & rōne uti intellectu & prudētia:q̄ est in hoīe recta ratio:& uti rōne in oībus rebus prudētis est:& hominē decet. aliter uideret̄ natura frustra ipsā dedisse. Oratione.sermone : cū prudentia. Considerate. non temere quid sit ueri uidere : quoniā ut dictū est:prudentiæ obiicitur ueritas & rectitudo in rebus agendis:& prudentē decet uerum uidere:nec decipi. Et tueri.defendere:quoniam ueritas defendenda est:& si prudens mendaciū tueretur ; faceret cōtra suā naturam. & sic efficeretur imprudēs. Decet enim prudentē uerū inuenire dicere tueri:& contra facere dederet. Cōtra.ex alia parte ponit ea:in qbus decoꝝ prudētis nō seruatur. Falli.decipi:falsis opinionibus & rebus:& non uidere uerū. Labi errare.quadā negligentia:nā illi dicuntur labi:qui sine diligentia incedunt:& sic labunt̄ illi qui nō inuestigata ueritate īprudēter errant. Errare.falsum pro uero sequi. Decipi. uerbis. Tā dedecet.
Delirare ram est indecorū q̄ insanire. Mente captū.mētecapti dicūtur īsani:quēadmodū capti oculis cæci. Delyrare. est exorbitare a pposito:uiaq; rōnis discedere:& ea dicere quæ nullum habent pondus : & ab oībus irridētur.
Lero Inde dicūtur delyri senes:qui ridicula dicunt:& deducitur a uerbo lero:& lyra est eminētior pars sulci obliqui
Plinius Et qui in obliquū sulcos ducit:ut sata melius proueniant:& aqua corriuetur lerare dicitur. Et sic delyrus dicitur is qui a rōne aberrat:& fertur obliquū.Plinius libro.xviii.dicit a rōne per trāsuersum iterata occasio sequi-
Nonius tur:ubi res poscit crate uel rastro : & rato semine iteratio hoc quoq; ubi consuetudo patitur . crate dentata uel
Lera tabula arato annexa:quod lerare uocant. unde primum appellata delyratio est. Ideo dicit Nonius : delerare est
Lyra de recto recedere.Lera autem est fossa:quæ ad agros tuendos ducitur:in quam uligo terræ decurrat. Cū arant
Collumela inquit Varro:iacto semine boues:lerare dicuntur.Lyras inquit Columella:rustici uocant porcas:cum sic aratū est ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbet. Et omnia iusta.

bationum animi:& rerum modus cernit̄. Hoc loco cōtinetur id quod dici latine decorum potest : græce enī πρoπoν dicitur:huius uis ē ea:ut ab honesto nō queat separari. Nā & qd̄ decet honestū est: & qd̄ honestū est decet. Qualis differentia sit honesti & decori facilius intelligi q̄ explanari potest . Quicquid enim est quid deceat:id tum apparet cum antegressa ē honestas. Itaq; non solū in hac parte honestatis:de qua hoc loco disserendū est:sed etiam in tribus superioribus : quid deceat appet. Nā & ratione uti atq; orōne prudenter: & agere qd̄ agas cōsiderate:omniq; in re qd̄ sit ueri uidere:& tueri decet. Cōtraq; falli:errare labi: decipi tā dedecet:q̄ delirare:& mētecaptū esse. Et iusta oīa decora

Nūc ostendit decorū ipsum inesse iustitiæ.nam omnia iusta decorum habent;iniusta autē quēadmodū turpia sunt:sic præter decorum. Turpia.remota a uirtute. Similis ratio.Nūc de decoro:quod est in ipsa fortitudine. Animo magno.contēnenti res humanas & pericula:quoniā ut uolunt stoici : magnanimitas est scientia: quæ habitū facit celsiorem oībus:quæ contingere possunt æquabiliter bonoꝝ & maloꝝ. Quod cōtra. qd' nō fit uiriliter & magnoanimo turpe est & indecoꝝ.Quare cōcludit per ea quæ iam dicta sunt:ad omnes uir/tutes pertinere decorum:& ita pertinere ut ab ipsis separari nō possit. Hoc.decorū:de quo tractāt philosophi

sit iniusta oīa cōtra ut turpia: sic idecora. Similis est rō fortitudinis. Q d'.n.uiriliter aīoq; magno fit:id dignū uiro & decorū uidet':qd' contra id ut turpe sic idecoꝝ. Q uare ptinet quidē ad omnē honestatē:hoc dico de/corū: & ita ptinet:ut nō recondita quadā rōne cernat': sed sit in ꝓptu. Est enī qddā:idq; itelligit' in oī uirtute qd' deceat. qd' cogitatione magis a uirtute pōt: q̄ re separari:ut enī uenustas & pulchritudo corpis secerni nō pōt a ualitudie.sic hoc:de quo loqmur: illud totū q̄ de cū uirtute cōfusū:sed mēte & cogitatiōe distinguit'.

Diuisio ipsius decori & diffinitio: differentiaq; inter decorū philosophicum & poeticum.

ESt autē eius descriptio duplex. Nā & generale quoddā decorū intelligimus : qd' in omni honestate uersat' :& alius huic subiectū: qd' ptinet ad singulas partes honestatis : atq; illud supius sic fere definiri solet. Decorum id esse qd' cōsentaneum sit hominis excellētiæ:in eo in quo natura eius reliquis animantibus differat.Q uæ aūt pars subiecta generi est eam sic diffiniunt:ut id decorum esse uelint: quod ita naturæ consentaneum sit:ut in eo moderatio: & temperantia appareat cum specie quadam liberali:

in officiis,de decoro posito in personis dicet postea. Recōdita.occulta & subtili indagatione inuestigetur : quoniā apparet oībus & sponte sese offert. Est enī quidā.unū nescio quid quod mēte intelligitur:quod deceat in omni uirtute. Quā re.actu: & ꝓbat hoc per similitudinem pulchritudinis:quæ non pōt actu separari ab ipsa ualitudine corporis. Possumus tamē libera cogitatione intelligere aliud esse pulchritudinē : aliud ualitudinē : sed actu separari nequeūt:quoniā remota hone/state:remouetur etiā decorū : & remoto de/coro remouetur honestas.Possumus tamen cogitare aliud eē honestatē:aliud decorū:qd' est quasi ornamētū ipsius honestatis: ut pul/chritudo bonæ ualitudinis. De uenustate & pulchritudine paulo post dicet.Nā uenustas ꝓprie mulierū ē:& ē illa gratia quā præ se fe/runt in uultu:& dicit' a uenere.Inde hoīes dicūtur inuenusti:qui gratia carēt. Vnde apud Terentiū q̄ritur Pāphilus se esse inuenustū & infœlicem : & quorūdam scripta dicunt ha/bere uenustatē:idest gratiā:ut oībus placeāt. Et socrates apud græcos sectatus est oīs dicē/di ueneres.i.oīa lenocinia:quæ scriptis gratiā cōparare possūt: inde dicit' attica uenus;quoniā atticorū scripta habebāt gratiā:sūt nōnulli eruditi: tamen non habēt uenerem : quod etiā i ipsis formis accidit. Secerni.separari actu & re. Sic.eodem modo. Cōfusum. mixtum ex omni parte: sed mixtum dicitur ex parte ; confusum ita immixtum: ut nullo modo re ipsa possit separari. Distinguitur.separatur libera cogitatione.

ESt autē.diuidit ipsum decorū:postea definit. Descriptio.diuisio:quoniā duplex est ipsum decorū generale & particulare:quod priori subiicitur:ut cum dicimus decet honesta facere:uirtutēq; exer/cere;inde dicimus : decet iustum esse fortem magnanimum : & sic de singulis partibus honestatis. Atq; illud superius.idest generale illud decorū. & affert definitionē eius:quod in toto quasi cor/pore uirtutis apparet.Consentaneū conueniens;unde hi homines q aliqd contra naturā cōmittunt decorū humanū nō seruāt.& sic sunt bæluæ. Excellentiæ.præstantiæ.q̄ differt a cæteris aīantibus.Igit' nihil agendū e qd' hoīs præstantia dedeceat. In eo.rōe.s.& orōne qbus homo differt a cæteris aīalibus. ergo in sua præstantia hō debet seruare decoꝝ & nihil agere qd' homini cōueniēs nō sit:& est hoc decoꝝ tanq̄ locus cōis: Nā in oratione locus cōis dicitur ea pars:quæ nō de aliquo nominatim disputat:aut agit.sed de uniuersa re ha/ Locus cōmunis i/ orone
bet arcem:incusationem uitiorum cum amplifiratione. Nōnunq̄ locus cōis continet ancipites disputatōes i q'bus de uniuerso genere disputamus ut de uirtute.Ideo dicit in paradoxis : Ludēs conieci in cōmunes locos.quoniam probans illas opiniones admirabiles eē uetas incusat uitia generaliter.& non nomiat aliquem:sed utitur loco cōmuni.Quæ aūt pars.illud decotum particulare:quod est species illius primi decori. Generi.illi decoro quod est generale.Consentaneū ita cōueniat naturæ humanæ. Moderatio.modus quidā in oībus dictis factisq;.nam debet adhiberi semper moderatio actionum .& sic erit decorum per singulas pres honestatis. Cū specie.apparētia liberi hominis non seruilis.Serui omnes dicunt' qui affectibus seruiunt. homo igitur ingenuus i oī re ut seruet decorū nihil seruile facere debet: sed oīa debent sapere quandā igenuitatē. Liberali.digna libero homīe & igenuo. Nec ita itelligi a phīs.Nō possumus inqt Cice.existimare itelligi a phīs hoc modo de decoro:quod est apud poetas i personis:quoniam est differentia.poetæ enim bonas & malas personas itrodu/cunt loquentes ut ipsas decet:idest quæ utuntur uerbis sibi accommodatis & qualitati ꝑsonatū. philosophi ae cipiunt autem personam humanam ea ratione qua persona humana est:& nō ficta more poetico:& dicunt de/corum ab ea seruari:si ab eius excellentia non degenerat:& id agat quod uirtuti conueniat & honestati ad quā nati sumus.poetæ autem personas ad libidinem.Et sic ostendit hoc esse proprie decorum quod uirtuti cōgruit.Inde sumit' a poetis largo mō ut tūc decoꝝ dicat' seruari cū oratio q̄litati ꝑsonæ itroductæ accōmodat';unde

nec ita intelligi a philosophis possumus existimare ex eo decoro quod poetæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum seruare illud poetas dicimus quod deceat: cū id qđ quaq₃ persona dignū ē: & fit & dicitur: ut sic Aeacus aut Minos diceret: oderint dū metuant: aut natis sepulchro ipse ē parens: īdecorū uideretur: q̄ eos fuisse iustos accepimus. At athreo dicente plausus excitantur. ē. n. digna psona oratio. Sed poetæ quid quenq₃ deceat ex persona iudicabunt. Nō nobis aūt personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia præstantiaq₃ animātiū reliquorū. Quocirca

q̃s iuene fuerũt excogitata & ĩuẽta ab hoibus. Lydi primi aureũ argẽteũq̃ nũmũ pcusserũt. auctore Herodoto. lib. i. La

rit: & cæ pidicinas auctore Pli. lib. vii. Cadmus inuenit Thebis: Archicophcasius in phoenicia: Tcason ĩuenit muros: turc

teca me res inuenere Cyclopes: ut uult Aristo. ut Theophrastus phoenices: Fecrũ ĩ creta inuenere Idei dactili. Argentũ ĩ

talla uenit Enctonius atheniẽsis. Auri metalla & cõflaturã Cadmus phoenix ad pãgeũ montẽ: Plũbũ ex cassiteride ĩsula primus asportauit Midacritus. fabricã ferreã inuenere Cyclopes. figulinas Chorebus atheniensis: ærariã fa

Locreti⁹ bricã Chalybes: ut alii Cyclopes. Aes inuenit Cynitas rex in Cypco. Luccetius: qui cacmĩe philosophiã celebrauit: dicit metalla fuisse inuenta combustis syluis causa uenationis. unde feruẽtibus uenis scribit manasse aurũ liquefactum: & cætera metalla in roncauitates terræ. Manabat ĩnquit uenis feruentibus in loca terræ concaua

Seneca cõuenientẽs acgenti ciuus & auri. In hoc quoq̃ dissentio ĩnqt Seneca: Sapiẽtes fuisse: qui ferri metalla & æris iuenerũt: cũ incẽdio syluarũ adusta tellus in sũmo uenas iacentes liquefactas fudisset: æris itẽ & plũbi. Ad opinionẽ

Virgili⁹ hãc alludẽs Virg. in geor. dixit. Aq̃ auro plucia fluxit. Vtcũq̃ sic. opera hominis effectum est: ut taliũ rerũ habeamus usum. Acu facere uestes Idei phryges inuenere: inde phrigiones appellati sunt. aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: unde nomen attalicis. Ad usum nostrum. ad extruẽdas domos: & ad colũnas.

Diuidit ea q̃ ad uitã degendã ptinent.

Quæ ergo ad uitã hoium tuendã ptinent: partim sunt inanimata: ut aurũ argẽtum: ut ea q̃ gignuntr̃ e terra: et alia eiusdẽ generis: ptim aĩata q̃ hẽnt suos ĩpetus & rerũ appetitus. Eorũ ãt alia rõnis exptia sũt: alia rõne utẽtia. Exptes rõnis sunt eq̃: boues: reliq̃ pecudes: apes: quarũ ope efficitr̃ aliq̃d ad hoium usũ atq̃ uitã. Rõne ãt utẽtiũ duo genera ponũtur: unũ deorũ: alterũ hoium. Deos placatos pietas efficiet & sanctitas. Proxime autẽ & secundũ deos hoĩes hoibus maxime utiles eẽ possunt. Earũq̃ iterũ rerum: quæ noceant: & obsint: eadem diuisio est. Sed qa deos nocere nõ putãt: his exceptis: homines hominibus plurimũ obesse: uel prodesse arbitrãtur: Ea enim ipsa quæ inaiata dicimus: plæraq̃ sũt hominũ effecta opis: quæ nec haberemus: nisi manus & ars accessissent: nec his sine hominũ administratiõe uteremur. neq̃ eni ualitudinis curatio: neq̃ nauigatio: neq̃ agricultura: neq̃ frugũ fructuũq̃ reliquoꝝ pceptio: & cõseruatio sine opa hominũ ulla esse potuisset. iã uero & earum rerũ q̃bus abũdaremus exportatio: & earũ: q̃bus egeremus inuectio certe nulla eẽt: nisi his muneribus homines fungerentur. Eademq̃ ratione: nec lapides exciderẽtur a terra ad usum nostrum necessarii: nec ferrrum: aurum:

Penitus abdita.occulta ĩ uiſceribus terræ:in q̃ hoĩes penetrãt metalla effoſſuri. Vis.uehemẽtia. Initio.cũ in unũ cœperũt cõuenire:& ædificare domos:& cũ creati ſunt hoĩes initio. Poſtea:q̃ in unũ hoĩes cõuenere: quõ iſta potuiſſẽt hoiũ neceſſitati ſubuenire ſine opa hoĩs:nã ſi cadit domus:nõ põt ſine opa hoĩs refici reſtituiq;. Vi.impetu. Vita cõis.hominũ ſocietas & cõmunitas. Deriuationes.ad irrigãdos agros:ut ſint fertiliores aut cum flumina deducimus in riuos ad aliquẽ uſum. Moles.ſaxa magna qbus portus includũt:ut obſtẽt fluctibus.Sic Virgilius:Quid memorẽ portus lucrinoq; addita clauſtra Iulia:qua ponto longe ſonat unda refuſo. Virgilius

æs argentũ effoderentur penitus abdita ſine hoiũm labore & manu. Tecta uero:qbus & frigorũ uis pelleret: & calorũ moleſtiæ ſedarentur. Vnde aut initio generi humano dari potuiſſent: aut poſtea ſubuenire:ſi aut ui tẽpeſtatis:aut terremotu:aut uetuſtate cecidiſſent: niſi cõis uita ab hoibus harũ rerũ auxilia petere didiciſſet? Adde ductus aquarũ:deriuatiões fluminũ:agrorũ irrigationes: moles oppoſitas fluctibus: portus manufactos:quæ nõ ſine hominũ opere habere poſſemus.ex qbus oĩbus multiſq; aliis pſpicuũ eſt qui fructus: quæq; utilitates ex rebus his:quæ ſunt inanimatæ pcipiantur: eas nos nullo modo ſine hominũ manu atq; opa capere potuiſſe. Qui deniq; ex beſtiis fructus: aut quæ cõmoditas:niſi hoĩes adiuuarẽt:pcipi poſſet? nã & q principes inueniẽdi fuerunt:quẽ ex quaq; belua uſum habere poſſemus.hoĩes certe fuerũt. Nec hoc tẽpore ſine hominũ opera:aut paſcere equos:aut domare:aut tueri:aut tẽpeſtiuos fructus ex his cape poſſemus. Ab eiſdẽq;:& ea quæ nocẽt interficiunt: & quæ uſui poſſunt eſſe capiuntur. Quid enumerẽ artiũ multitudinem: ſine quibus uita omnino nulla eſſe potuiſſet. Quid.n. ægritudini ſubueniſſet? quæ eſſet oblectatio ualentiũ? qui uictus aut cultus? niſi tam multæ nobis artes miniſtrarentur? quibus rebus exculta hominum uita tantum deſtitit a uictu & cultu beſtiarum. Vrbes uero ſine hominum cœtu non potuiſſent: nec ædificari: nec frequentari. Ex quo leges moreſq; conſtituti:tum iuris æqua deſcriptio: certaq; uiuendi diſciplina: per quas bene beateq; uiuitur:quas res & manſuetudo animorum conſecuta & uerecundia eſt: effectumq; eſt ut eẽt uita munitior atq; ut dando & accipiendo permutandiſque facultatibus & commodis nulla re egeremus. Longiores hoc loco ſumus q̃ neceſſe eſt. Quis enim ẽ

quoniã illic Iulius Cæſar ingẽtes moles ſaxorum poſuit. Ex quibus omnibus.affert cõcluſionẽ: quæ ſequitur ex ſupradictis.nã inductio eſt cum ex pluribus particularibus cõcluditur unũ uniuerſale.patet igitur ex ſingulis ſupradictis nihil poſſe uitæ hũanæ utile eſſe ſine opera hominis. Perſpicuum.clarum & oſtenſum per inductionem. Qui deniq; de beſtiis.dixit hactenus de inanimatis:quorum nullus eſt uſus ſine opera hominis.nunc aget de rebus aĩatis:oſtendens ipſa etiam prodeſſe humanæ uitæ ſine hominibus. Principes.primi & auctores: qui inuenerunt quẽ fructũ ex quaq; belua capere poſſet genus humanũ. Tempeſtiuos.cũ tempore cõgruo. Vſui.afferre aliquã utilitatẽ hominibus. Quid enumerẽ.nũc de artibus loquitur:ſine quibus uiui nõ poſſet:& probat hoc dicens:quid enĩ ægritudini mederet̃.nam artes inuẽtæ ſũt ut naturã adiuuarẽt. Aegritudini.ægrotationi. Quæ oblectatio.quid oblectaret ipos:qui bona ualitudine fruunt̃. Victus.quãtũ ad cibũ. Aut cultus.quo ad alios corporis ornatus. Miniſtrarent̃.ab hoĩbus. Exculta.ornata & formata ad dignitatẽ homine dignã.nam artes effecerũt ut a cultu & uictu beſtiarum deſiſteremus. Tantum deſiſtit.remouit ſe uſq;adeo.nã niſi eſſent artes in uictu beſtias imitaremur: & in cultu corporis.nã ut nati eſſemus:quẽadmodũ beſtiæ nudi uiueremus. Vrbes dicuntur:quoniam aratro deſignabãtur.ab urbo.nam urbum: ut eſt in libris digeſtorum de uerborum ſignificationibus dicitur aratri curuatura:& urbare eſt aratro definire: oppidũ dicitur ab ope:q; eius rei cauſa mœnia cõſtituta ſunt. Sine cœtu cõuẽtu.cœtus dicitur a coeundo. Frequẽtari.a multitudine hitari:urbs frequẽs dicit̃:q̃ habet frequentiã ciuiũ:& quæ eſt populoſa. Ex quo.pp hoc quia urbes conditæ & cœtu hoĩum ſunt frequentatæ.Latæ ſunt leges & mores ciuitatũ & ius æquũ. Mores.cõſuetudines ad bene uiuẽdũ:& iſtituta. Aequa deſcriptio iuris. ſcriptũ eſt ius æquũ tribuẽs unicuiq; qd' ſuũ eſt.hæc deſcriptio inuẽta eſt ad cœtus hominum conſeruandos.dixi ſupra eſſe ius ſcriptũ & nõ ſcriptũ:& unde utrũq; originẽ habuerit. Certa diſciplina. modus & regula uiuẽdi in ciuitate. Per quas.leges:mores:diſciplinã. Bene.ſine uitio. Et beate.ſine cupiditate rerũ alienarũ.beate quis uiuit q eſt cõtentus re quã habet.bene uiuit qui uacat uitiis:utrũq; præſtant mores & leges & iura. Quas res.leges.mores.iuris deſcriptionẽ:& diſciplinã uiuẽdi. Mãſuetudo.quoniã homines timẽtes legẽ:& ius fiũt mãſueti deponẽtes feritatẽ:& igeniũ agreſte. Cõſequuta.ſubſequuta. Verecundia.hoc refert ad certã diſciplinã.i.optimũ uiuẽdi modũ in rep.cũ pudore:q obſtat ciui ne aliqd faciat cõtra diſciplinã & iſtituta ciuitatis.Leges faciũt homĩes mitiores.Niſi.n.leges timerent̃:hoĩes ĩteſtinis ſeditionibus ĩuicẽ ſe trucidarent. Munitior.tutior:ſecurior.Leges enim ſunt fundamenta ciuitatum: & generis humani pſidium & regimen:quibus hoĩes aſtricti abſtinent iniuria. Dando & accipiẽdo.i.beneficiis ultro citroq; collatis.Res etiam permutabant̃ apud antiquos. Facultatibus.rebus. Cõmodis.utilitatibus. Longiores.nimis.plixi in hac parte:quoniã hoc clarum eſt nihil pdeſſe homini ſine hoĩs opera. Quis eſt enĩ.rõ quare p

Vrbs Vrbum Oppidũ Cœtus

cui nō ꝑspicua sint illa quæ pluribus uerbis a Panetio cōmemorant̄: neminē neq; ducē bello: nec pricipem domi magnas res & salutares sine hominū studiis gerere potuisse: Cōmemorat̄ ab eo Themistocles: Pericles Cyrus: Agesilaus: Alexander quos negat sine adiumētis hoīum tātas res efficere potuisse. Vtitur ī re non dubia testib⁹ nō necessariis: Atq; ut magnas utilitates adipiscimur cōspiratōe hoīum atq; consensu: sic nulla tam detestabilis pestis est: q̄ nō hoī ab hoīe nascat̄. Est Dicearchi liber de iteritu hoīum Peripathetici magni: & copiosi: q collectis cæteris causis eluuionis: pestilētiæ: uastitatis: bæluarū etiā repētinæ multitudinis: quarū ipetu docet q̄dā genera hominū esse cōsumpta. Deide cōparat quanto plures deleti sunt hoīes hominū ipetu: idest bellis aut seditiōibus: q̄ oī reliqua calamitate. Cū igit̄ hic locus nihil hēat dubitatiōis: qn hoīes plurimū hoībus: & ꝓsint: & obsint: propriū hoc statuo eē uirtutis conciliare sibi animos hominū: & ad usus suos adiūgere. Itaq; quæ in rebus inanimis: quæq; in usu & tractatione bæluarum fiunt utiliter ad hominum uitā: artibus ea tribuunt̄ operosis. Hominum autē studia ad

lis animis de re: quæ in promptu est: oro fit suscepta. Perspicua. clara & manifesta. Cōmeorant̄. i. officiis cū de hac pte loquit̄. Neminem. hæc erāt quæ panetius dicebat. Pricipem domi. i. ciuitate. Magnas res. claras & gloriosas & hoc ptinet ad ducē belli. Salutares. utiles reip. & hoc ptinet ad pricipē. i. optimatē & primūīter ciues: qui libertati cōi studet & cōsulit: q̄ tamē sine opa hoīum facere nō pōt. Sine studiis. beniuolētia & uolūtate hoīum. studiū est plus q̄ uolūtas siue uehemēs uoluntas. Themistocles & Pericles athenienses fuerūt. Themistocles clarus imꝑator & picles domi militiæq;. Cyrus auctore Xenophōte natus est ex pre Cambise rege Persarū: & mr̄e Mādane filia Astyagis regis Mœdoꝝ. Fuit igitur Cyrus rex persarum: ad quos regnū Mœdorum trāstulit: q annis. ccc. regnauerant. Crœsum regem ditissimum Babylonis opem ferētem cœpit. Asiaq; & Oriēte subactis Scythas bello tentauit: ubi captus a regina Scythaꝝ: quæ Tomyris dicebat̄: occisus ē: cum regnasset. xxx. annis: cuius sepulchro tale inscriptū fuit epigrāma auctore Plutarcho in uita Alexandri magni. Quisquis es mortalium: & undecunq; aduenis: aduēturum eni te scio: Cyrus sum: qui psis imperium quæsiui: hoc igitur humi paulum: quo meum corpus obtegit̄: mihi ne inuideas. Impiū termiauit Cyri ad orientē rubrū mare: ad septētriones pōtus Euxinus: ad occidentem Cyprus & Aegyptus: ad meridiē Ethiopia. Agesilaus. lacedæmonius Archidami filius post mortē Agidis fratris sui rex constitutus est ꝓpter eximiā eius uirtutē: inde in Asiā cōtra Arthaxerxē regē psarū ꝓfectus est: & Thisaphernē: q tū iter ꝑfectos regis pricipatū tenebat: uicit. ide cū ipsū regē adoriri decreuisset: a lacedæmōiis reuocatus est: qui Athenēsibus & boetiis bellū idixerāt. Rediēs ergo Atheniēses & Boetios apud Coroneā urbē Peloponēsi magno ꝑlio uicit. Breui statura corporis Agesilaus fuit: & altero pede claudus. Sed animi uirtute ꝑditus. decessit rediēs ex ægypto in portu: q Menelai uocabat̄ inter cyrenas & ægyptū: sed corpus eius spartā relatū est. Agesilaus auctore Plutarcho: in oculis oīum uersari gloriabat̄: putās uidelicet obscœnis actionibus tenebras cōuenire. honestæ autē uitæ lucē maiori esse ornaméto. Laudatus est Agesilaus: cū a cæteris scriptoribus: tū eximie a Socratico Xenophōte. eo eni usus est familiarissime. Alexander. filius Philippi regis Macedonū: qui tota fere Asia subacta Babylone decessit.

Res tantas. tā claras & incliti noīs. Vtit̄ testibus. hoc erat ꝓuerbiū: quo utebant̄ in foro iudiciali: ubi testes

Plato ꝓducunt̄: ide trāsfert̄ ad alia. Plato ad Dionē sic scripsit. Memēto necessariā eē ad res agēdas hominū beniuolē

Cōspiratio tiam: austeritas uero solitudinē amicoꝝ parit. Cōspiratione. cōcordia & unanimitate. coniuratio est semp in

Coniuratio pnicié alterius: cōspiratio est hominū cōsensus. Magnas utilitates. dignitates: cōmoda: opes. Nulla pestis. calamitas & incōmodū. Est Dicearchi. Dicearchus siculus ex Messana urbe Aristote. auditor Peripatheticoꝝ princeps clarus in philosophia: qui multa scripsit: & inter alia librū de interitu hominū: in quo hæc collegit: q̄ scribit Cice. Est liber. extat adhuc. inqt Cice. in quo agit de interitu hominū: & causis: qbus in causis: qbus interimit: & tēpore quo īterierūt. Magni. clari & alti nois in philosophia ꝑpathetica. Cæteris causis. quibus

Eluuio hoīes īterierūt. Eluuionis. eluuio: ut Nonius iterꝑtatur: ē corruptus & morbidus tractus. Alluuio. ut in/

Alluuio quit Iustinianus est lateris icremētū. Vastitatis. cū aliqua lues: & cæli intēperies oīa deuastat. Beluarū repē

Iustinia. tinæ multitudinis. quæ aliquādo loca uastarunt. Plī. ex auctoritate Varronis scribit lib. viii. oppidū in hispania

Plinius suffossum a cuniculis: a talpis in thessalia: aranis ciuitaté in gallia pulsam eē: a locustis in aphrica: amyclas in cāpania deletas fuisse a serpentibus. Et Strabo scribit apud baleares insulas domos subrutas fuisse cuniculis subterraneis: & arbores: īcolasq; tādē fuisse coactos iplorare opē romanoꝝ cōtra cuniculos. Hic locus. hæc pars: qua dicit̄ hominé multū ꝓdesse: aut nocere hominibus. Statuo. iudico: & pro certo affirmo: in primis hoc ad uirtutē pertinere: ut animos hominū sibi deuinciat: & officiis demereat̄ amantes sui. Ad usus suos. ad sua cōmoda augenda: & opes & cliētelas. Itaq; quæ in rebus inanimis. alia inqt Cice. quæ utilia sunt uitæ humanæ ex inanimatis & usu beluarū attribuenda sunt artibus. Deuinciri aūt & demereri hominū uolūtates ad cōmoda augēda: & dignitatē prudētis hominis est: & uere sapiētis: qui homine instrumento nobilissimo scit uti ad suas opes augēdas tuendasq;. Inanimis. inaiatis: de quibus dixit. Vsu beluarum. quoniā ars reddit nobis beluas cicures: & aptas usui humano: & tractari possunt: ut equi domiti: boues apti ad arandū: & alia huius generis. Ad hominū uitā degendā iuuandāq; tribuunt̄. Artibus operosis. mechanicis: ut sunt artes opificū domitores beluarū: ut sint ad usum hoium: & utilitatē. Hominū studia. uolūtates ad dignitatē hoīs augen/

dam & opes. Amplificationẽ.augmentũ nostræ dignitatis & cõmodi. Excitantẽ.cõmouẽtẽ & alliciuntẽ: ut uelint auctas esse opes & dignitatẽ uiri sapiẽtia præstãtis & uirtute:quoniã uirtus studia hoium ad se allicit: & hoc uirtutis est ꝓpriũ munus:q̃ etiã ĩpellimur:ut eos quos nunq̃ uidimus diligamus. Et.n.uirtus.ponit tres uirtutis ꝓprietates. Prima est.ut homo q habitũ uirtutis aut habet:aut mediis officiis cõsequi uult:res & causas rerũ cõtẽpletẽ:& a q̃ causa ẽ quæq; res:& qd cuiq; accomodatẽ:& uerũ uidere ĩ oibus rebus.& sic dicitẽ prudens sapiẽsq;:qa i omni re qd sit ueri uidet:& qd sequẽdũ fugiendũue sit. Secũda cohibere affectus & appetitum ita di/

amplificationem nostrarũ rerum prompta & parata uiro ĩ præstantiũ sapiẽtia & uirtute excitantẽ:& enim uirtus omnis in tribus rebus fere uertitẽ: quarũ una est in ꝓspiciendo qd in quaq; re uerũ sincerũq; sit:qd consentaneũ cuiq;:qd consequens:ex quo quæq; gignantẽ quæ cuiusq; rei sit cã:alterũ cohibere:motus animi turbatos:quos græci παθη nomĩant:appetitionesq; quas illi ορμας obedientes efficere rõni. Tertiũ his qbus congregamur uti moderate & scienter:quorũ studiis ea q̃ natura desiderat expleta cumulataq; hẽmus. ꝑ eos deniq; si qd importetur nobis incommodi propulsemus ulciscamurq; eos qui nocere nobis conati sunt:tantaq; pœna afficiamus. quantũ æquitas humanitasq; patitẽ Quibus aũt rõnibus hãc facultatẽ asseq possumus:ut hoium studia cõplectamur: eaq; teneamus: dicemus: Neq; ista multo post:sed pauca ante dicẽda sunt. Magnã uĩ eẽ ĩ fortũa ĩ utrãq; partẽ:uel secundas ad res uel aduersas qs ignorat? Nã & cũ ꝓspo flatu eius utimur. ad optatos exitus ꝑuehimur.& cũ reflauit:affligimur. Hæc igitẽ ipsa fortũa cæteros casus rariores hẽt. primũ

sponere:ut rõni pareat:& uti mõ ĩ omni re.& sic erit reperãs moderatus & sibi cõstãs.Tertia uersari in hoium societate:cũ moderatõe & prudentia:ut eorũ studia nobis prõpta reddamus:ut ipsis uti possimus ad dignitatẽ nostrã augendã:ꝓpulsandãq;:si q̃ ĩferẽtẽ iniuriã: hæc ĩ primis sunt uirtutis munera. Eteni. certe.ꝑfecto. Fere uertitẽ.uersatẽ circa tria. fere dixit:quoniã & circa aliq̃ alia uersari potest:sed maiora uirtutis mũera circa hæc uersanẽ. Quarũ rerum.circa q̃ uirtus moralis uersatẽ. Prospiciẽdo.cognoscẽdo: dignoscẽdoq; uerũ in omni re. Sincerũ.sine fraude.
Quid cõsentaneũ.qd cuiq; cõueniat decorũq; sit. Quid cõsequẽs.qd seqtur ex aliq̃ re:quoniã prudẽs consequentia cernit: uidet causas:& earũ ꝓgressus nõ ignorat tanq̃ ea q̃ antecesserũt. Ex quo.ex q̃ re oia gignatur: & q̃ sit causa generatõis:qd ptinet ad naturalẽ philosophũ & cognoscere causas oĩum rerũ:quoniã oẽs res a suis causis depẽdẽt: unde ait ipse i.i.de diui. Atq; ut i seminibus uis iest earũ rerũ q̃ ex his ꝓgignũtur:sic ĩ causis condi tæ sunt res futuræ:& Seneca ĩ tragœdia:quæ Seneca
ædipus inscribitẽ dicit.Quæ nexa suis occurrũt causis:sed difficile ẽ causas rerũ cognoscere: summi philosophi hoc ẽ munus:qui oia scit. Scite aũt est res per causas suas cognoscere. Alterũ.hæc ẽ secunda ꝓprietas uirtutis.

Motus turbatos ꝑturbatões animi:de qbus dictũ ẽ. Quos.motus turbatos. παθη accusatiuus pluralis.i. morbos animi & passiones siue perturbationes. Hormas. ορμας græce latine significat appetitũ sensitiuum & ĩpetũ aliquẽ ad agendum. Appetitus est ipsa sedes.appetitio uero est actio. Tertiũ. hæc ẽ tertia ꝓprietas & munus uirtutis. Congregamur.cõsuetudinẽ habemus & uitæ cõmercium. Moderate.cum moderatiõe & tẽperãtia:ut nihil sit in nobis:quod eos offendat & a beniuolẽtia iam inita possit alienare.præcepit supra qd sit agendũ in ipsis cõgressionibus:ut seruetẽ decorũ.debemus enim adhibere ordinẽ:cõstãtiã:moderationemq; oium dictorũ atq; factorũ:si ab illis ꝓbari uolumus & digni auxilio iudicati:cũ qbus uiuimus. Sciẽter. prudẽter. Quorũ.hoium:cũ qbus cõgregamur. Studiis.uolũtatibus.fauore.opera. Natura.nra:ut se alere possit. Expleta.ꝑfecta. Cumulata.ut nl penitus desit:& oia subministrentẽ nobis necessaria naturæ studiis eorũ. Deniq;.ad sũmã.tandẽ. Per eos:hoies.i.ut eorũ opa ꝓpulsemus incõmoda. Importetẽ. ĩferatẽ ab aliis. Ulciscamur eos.de his uindictã sumamus & pœnas q nocuerũt:ut patitẽ æqtas:& humanitas: quoniã nõ debemus excedere modũ æqtatẽ & humanitatẽ in ulciscẽdo:ne uideamur iniq & ĩmanes:de hoc supra ẽt ꝑceptũ dedit. Hãc facultatẽ.ut hoc facere possimus:qd dictũ ẽ studiis hoium. Studia.uolũtates:beniuolẽtiã:operamq; paratã ad nostrã dignitatẽ tuẽdã augẽdãq;. Teneamus.nostrũ amorẽ:& cõmodũ.paulo post inqt hoc dicẽt & facit digressionẽ:q̃ absoluta reuertitẽ ad narrationẽ:& id qd pollicetẽ ibi. Hoc cognito dicẽdũ est:quo nã mõ hoium studia ad utilitates nras allicere possimus. Magnã uim eẽ ĩ fortũa.Respõderat prius Ci.tacitæ obiectõi.Potuisset.n.dici.Ergo cõciliare sibi hoies & nocere cõsisteret solũ ĩ hoibus:nõ ĩ fortũa: quæ ĩ omni re dominatẽ.Dicit Ci.fortunã habere magnã uim:ut ꝓsit & obsit:sed ubi ẽ uirtus:nõ põt fortũa aspirare: & sine opa hoium fortuna parũ uel nihil põt:qd ꝓbat per ĩductionẽ.unde si tela fortũæ uitare uolumus:hoium studia cõplecti & tenere debemus:& sic ĩet nis fortuna redditẽ ad nocẽdũ:quis multa nobis fortuito accidere possint.grauiora cũ beniuolẽtia hoium & studio uitari possunt. Secũdas. ꝓsperas. Nã & cũ.ratio q̃re magnũ momẽtum ẽ i fortuna ad aliq̃ cõsequẽda aut amittẽda. Exitus.finẽ quẽ optabamus. Prospero flatu.trãslatio a nauigatibus:q cũ ꝓspeto uẽto nauigant ad optatũ portũ perueniũt. Reflauit.uertit flatus cõtra nos:patimur calamitates. Hæc ipa fortuna.de q̃ loqmur. Cæteros casus.alia ĩcõmoda.q̃ possunt hoibus accidere a fortuna sine opa hoium primũ. Primũ ab ianimis.ponit Ci.ea q̃ ab ipsis ianimatis accidũt hoibus operante fortũa.inde subiũgit ea q̃ a bestiis:sed hæc q̃ fortũa sine hoium opa ꝑueniũt:rara sunt. At iteritus exercituũ fieri nõ possunt a fortũa: sine opa hoium:ergo multo maiora sũt q̃ eueniunt homini ab hoie mala:q̃ illa q̃ eueniũt a fortũa.Igitẽ hoium aios beniuolẽtia nobis deuincire debemus ut fortũæ gladios cõtẽnere possimus.for/

tuna habet ĩ rebus inanimatis. Procellas. maris tẽpestates: & cætera eiusdẽ generis. Deĩde a bestiis. nunc de aiatis rõne carentibus. Ictus. percussiões. ut equoꝝ. muloꝝ: Morsus. serpẽrum. leonum. tigriũ & similiũ. Impetus. ferarũ q̃ hoies impetũt. Rariora. raro accidũt. At uero ĩteritus. mala quæ eueniũt a fortũa: ope ra tamẽ hominum: hæc sunt grauiora. Vt proxime. paucis ante annis: põt quas clades alias ĩ exercitũ nõ acce pimus. Triũ. exercitus Põpei magni in Thessalia. Petrei & Afranii ĩ Hispania. & filioꝝ Põpei. Vt nuper summi uiri. Põpei magni q uictus ĩ Pharsalica acie fugit ĩ ægyptum: & ibi iussu Ptolemæi interfectus est. Summi. omni genere laudis præstantissimi. Singularis. cui nemo poterat cõparari. Præterea. ultra hæc quæ dicta sunt. Inuidiæ. odia populi & imperitæ multitudinis. Benemeritoꝝ. eorum q de pfia benemeriti sunt: ut ipsi Ciceroni accidit. Scipiõi. Themistocli: & aliis quoꝝ ĩfinitus ẽ numerus. Ob eas. ĩuidias. Calamitates. qbus afficiuntur ĩ uincula cõiecti: & carcerem: aut fugiendo. Expulsio fit ui. fuga uero sponte. Rursusq;. nunc affert cõtraria supradictis: q̃ tamẽ fieri nõ possunt sine opa hoĩum. Rursus. cõtra ex alia parte. Honores. magistratus. Secũdæ. prosperæ. Impia. exercituũ. Fortuita. q̃q̃ sunt ĩ manu fortunæ. Neutrã ĩ partẽ. i. non posset fortũa cõferre honores & similia: nec posset eripere sine opa hoĩum. Nihil est: ingt Cicero ĩ oratõe pro. L. Munera: ĩcertius uulgo: nihil obscurius uoluntate hoĩum: nihil fallacius rõne tota comitiorũ. Fortuna igiť neq; ꝓdesse neq; nocere posset sine homĩe. Hoc igiť. cũ hoc ingt Cic. sit nobis exploratũ pauca posse nobis mala euenire sine opera hominũ: ut tuti eẽ possimus: cõciliemus nobis homĩes: & eoꝝ studia cõplectamur. Quibus ãt rebus effici possit: iam docebo. Et sic post digressionẽ redit ad id quod ĩstituerat. Quo modo. qbus artibus. qua idustria & uirtute: Allicere. adducere blandiciis. Excitare. mouere studia: uolũtates & beniuolẽtiã. Quæ. oratio. præceptio de his rebus quas dica utiles ad studia hoĩum excitãda. Ita. si facta fuerit comparatio cũ utilitate: uidebiť breuior: quoniã plus ĩerit utilitatis q̃ uerboꝝ: & sic a reipsa captat beniuolentiã: & attentionẽ utilitatis magnitudine proposita.

ab inanimis ꝓcellas tempestates: naufragia: ruinas: incendia. Deinde a bestiis: ictus: morsus. impetus. Hæc igitur ut dixi rariora. At uero interitus exercituum: ut proxime trium: sæpe multorum clades ĩperatorũ: ut nuper summi ac singularis uiri. Inuidiæ præterea multitudinis: atq; ob eas benemeritorum sæpe ciuium expulsiones: calamitates: fugæ: rursusq; secũdæ res honores: impetia uictoriæ: q̃q̃ fortuita sunt: tamẽ sine hominum operibus & studiis neuttam in partem effici possunt. Hoc igitur cognito dicendũ est: quonam modo hominũ studia ad utilitates nr̃as allicere atq; excitare possumus. Quæ si lõgior fuerit orõ cum magnitudĩe utilitatis cõpateť. Ita fortasse etiã breuior uidebiť.

Quibus rationibus homines mouentur ad aliquẽ honestandum.

Væcũq; igiť hoies homini tribuunt ad eum augẽdũ atq; honestãdũ: aut beniuolẽtiæ grã faciũt: cũ aliqua de cã quẽpiã diligũt: aut honoris: si cuius uirtutẽ suspiciunt: & si quem dignum fortuna q̃ amplissima putant: aut cũ fidem habẽt: & bene de rebus suis cõsulere arbitrant̃: aut cuius opes metuunt: at contra aliquibus aliquid expectant: ut cũ reges populares ue hoĩes largitões aliquas ꝓponunt: aut postrẽo precio: aut mercede ducunť. Quæ sordidissima qdem est rõ & ĩnquinatissima: & his qui ea tenentur: & illis qui ad eam confugere conantur.

Væcunq; igiť. Pauca loquutus de fortuna: resumit id qď omiserat. & docet quibus rõnibus hominum studia deuincire possimus. Ponit igiť causas sex: qbus hoies adducti aliquos ornant & extollunt. Augendũ. diuitiis. Honestãdũ. honoribus ornãdũ. Beniuolẽtiæ gratia. q̃re aliquẽ beniuolẽtia ꝓsequunť. Aut gratia honoris: q ipsum honore dignũ ducũt. Suspiciũt. admiranť: & ideo fauẽt ut honores assequať.
Suspicio Suspicio componiť a sursum & spicio: qď apud antiquos significat uideo: nũc nõ utimur nisi in compositione: inde suspicere significat uenerari: quoniã cũ aliquẽ ueneramur sursum aspicimus eũ respiciẽtes & admirantes. Fortuna. q̃ amplissima magnis diuitiis honoribus & statu fortunæ amplissimo. Cõsulere. ꝓuidere & ꝓspicere. Opes. potẽtiã nimiã. Metuũt. & iõ fauẽt ad dignitatẽ cõseqndã. Aut cõtra. cõtracia rõe ducti fauẽt aliqbus aliqd boni ab ipsis expectãtes: cũ illi dignitatẽ assequuti fuerũt. Vt cũ reges. ponit exẽpla. Reges dicũť illi q regnãt. reges ẽt dicũť diuites: q exhibẽt aliis cõuiuia & multos hñt cliẽtes. tales a Martiale & Iuue. appellãť reges
Teren. & Phormio Terẽtianus Parasitus dicit. Neminẽ posse satis grãm hr̃e regi. Magnũ ingt ẽ ire ad cœnã paratam &
Iuuena. sumptuosam. & Iuuenalis. Optima siluaꝝ teriæ pelagiq; uorabit rex hoꝝ. Hoĩes igiť hñtes cliẽtelã & cœnam exhibẽtes ut cliẽtũ aliorũq; fauore id qď cupiũt assequanť: reges appellat Cic. Popularesq;. q fauorem populi aucupanť: & populo placere studẽt. Largitões. ad corrũpẽdos animos accipiẽtiũ. etenim q largiť ad suã uolũ
Preciũ tatẽ alios traducere nitiť. Aut postremo. hæc est ultima causa. Postremo. deniq;. Precio. pecunia. Aut
Merces mercede. oium aliaꝝ reꝝ. preciũ referť ad pecuniã: merces uero ad alias res: q̃s ꝑ mercede accipiũt: ut alicui fauẽat & eius dignitatẽ auctã esse uelint. Quæ ratio. q aliquis aucupeť fauorẽ alicuius p̃cio. & q aliqui precio ducanť: ut aliquẽ orñẽt. Sordidissima. plena sordiũ. Inqnatissima. ualde cõtaminata & ĩfamis. Qui tenẽtur ea. qui ducunť pecunia ut mercede: ut alicui faueant. Et illis. q mercede alios corrumpunt: & fauorẽ p̃cio aucupanť: & ad hanc corruptionẽ cõfugiunt: cũ id bonis artibus quærendũ esset: unde apud antiquos nõnulli

ambitus dānabanť: quoniā pensantes alios suffragia corrūpebant. Male.n.rō quare ille modus aucupandi fauoris utrisq; sit turpis: & maxime his qui ambiūt & mercede alios corrumpūt. Male res se habet. hoc inīq; cōparatū est: & indicat aliquē esse indignū: cui faueat aliquis: nisi pecunia rorruptus. uirture id quærēdū est: nō pecunia: quoniā uirtus quouis honore digna cēseť: & uirtuti non pōt dari præmiū dignū: unde diuini honores illi tribuuntur. Sed quoniā nunq̄.nūc corrigit id qd' dixit de mercede: præceptaq; dabit quomodo debemus uti subsidio mercedis: cum sit aliquādo necessariū. Eo.subsidio. Propiores. coniunctiores ipsi uirtuti: q̄ sit largitio merces & præmiū. Atq; etiā. causis supradictis hoīes adducti aliquos ornant: & augent: & nō solū inquit id faciūt: sed ēt se alterius imperio pluribus causis ducti subiiciunt. Ponit igiť causas qbus hoīes moti aliquorū imperio subiici non recusant: & hæc pars cū illis supioribus causis cōiungiť: ræte ra interposita sunt ad ꝓbandū turpissimam esse ambitionē & aucupationē fauoris rū pecūia. & sic erit hæc septima cā & rō. Et potestati: ut faciant quicqd ille uoluerit. Ducunť.n. affert causas: quibus homines mouētur: ut alterius potestati pareāt. & sic ostendit hoīes his rōnibus se alterius iperio subiiceř: qbus ducti aliquē augēt & honestāt: ut supra dixit. Aut beniuolētia. qa aliquem amant. Beneficioꝝ. quæ ab illis collata sunt ī eos. q se illius iperio subiiciūt. Aut pstātia. aut qa præstāt aliis atq; antecellūt dignitate. Vt sæpe ī nr̄a rep. & sic Cic. notat rorruptā disciplinā reip. & suffragia iā uenalia.

Male enim se res habet: cum quod uirtute effici debet: id tentať pecunia. Sed quoniā nonnunq̄ hoc subsidiū necessariū ē. quēadmodū sit utēdū eo dicimus si prius his de rebus quæ uirtuti ꝓpiores sunt: dixerimus. Atq; etiā subiiciunt se hoīes iperio alterius & ptāti pluribus de causis. Ducūť.n. aut beniuolētia: aut beneficiorum magnitudine: aut dignitatis præstantia: aut spe sibi id utile futurū: aut metu: ne ui parere cogant: aut spe largitionis promissionisq; capti: aut postremo: ut sæpe in notra repu. uidemus mercede conducti.

Nihil utilius q̄ amari.

RErum aūt oīum nec aptius est quicq̄ ad opes tuendas ac tenendas q̄ diligi: nec alienius q̄ timeri. Præclare Ennius. quē metuunt oderūt quē quisq; odit piisse expetit. Multorum aūt odiis nullas opes posse obsistere: si ātea fuit ignotū: nuper est cognitū. Nec uero huius tyrāni solū: quē armis oppressa ꝑtulit ciuitas iteritus declarat quātū odiū hominū ualet ad pestē. Sed reliquorū similes exitus tyrānorū: quorū haud fere quisq̄ iteritum similem effugit.

RErum aūt oīum. nūc resumit primā causam. qua hoīes ducti alicui parēt: quæ ē beniuolentia: qua Ci. dicit nihil esse utilius ad res tuendas. nihilq; peius & ībecillius q̄ timeri & nō amari: qď ꝓbat exēplo tyrānorū: q cū uelit timeri nō amāť. & sic nō durāt: quoniā nīl uiolētū pōt eē durabile. beniuolētia āt cū sit uolūtaria: ē optia custos ꝑpetuitatis. parāda igř ē ptās nō alia rōne: q̄ beniuolētia hoīum: & sic ē durabilis. qm̄ talis beniuolētia ꝓsiciť a uoluntate illoꝝ. Hāc igiť uiā quærēdi iperii & augēdæ potestatis Cicero præponit omnibus aliis & unicā cē dicit: quā āplecti debeamus. Aptius. accōmodatius. Ad tuēdas opes. ad defendēdā potētiam: & amplissimā fortunā. i. pricipatū & potestatē erga alios. Præclare. cū summa laude & bene. Quem metuūt: hic est uersus ex Ennii tragœdia. Oderūt. hoīes inquit odio habēt: quē metuunt: & quisq; cupit illū perire: quē odio habet: hoc igitur malū sequiť ex odio. Regibus inquit Sene. Certior est ex mansuetudine securitas: quia frequens uindicta paucorū odiū reprimit. oīum irritat: & regia crudelitas auget inimicoꝝ numerū tollendo. Multoꝝ autem odiis. confirmat id quod de odio ꝓposuit. & etiā sentētiā Ennii exemplo Cæsaris: quē cōiurati interfecerūt. cū ipsum odio haberēt. Nactus igitur opportunitatem Ci. Cæsari iā interfecto insultat: sed nō satis cōstātet. nā ipsum uiuū & dominātem ab oībus uirtutibus aliquādo laudauit. Sed tunc Cicero tēpori seruiendū duxerat. Opes. nullā potentiā amplissimū principatū & fortunæ summū gradū. Nuper. ꝓximis annis in rææde Cæsaris: q regē potiebať cum odio bonoꝝ. Huius tyrāni. Cæsaris q uoluit eē tyrānus in libera ciuitate & patria sua: qď detestabilius est. oppressus est Cæsar a cōiuratis ī curia Pōpeiana tribus & .xx. uulneribus cōfossus. Armis. bello & ui superato Pompeio & aliis qui rempu. defendebāt. Ciuitas. Roma. quam ipse armis: nō beniuolentia ciuiū occupauit. Pertulit. passa est dominātē & tyrannū. Derlarat. ostendit ipsa cædes & mors Cæsaris. Ad pestem. ad perniciem & excidiū illius qui odio habeť. Similes exitus. quia omnes fere tyranni interficiuntur. Plato in Alcibiade deuoto sic ait. Cernis ergo tutū nō esse aut quæ offeruntur tenere: acripere: aut optare: si ob ea quis sit incōmoda subiturus uel uitam protinus amissurus. multos Plato
autem referre possemus: qui cū tyrannidem affectassent insidiis circunuenti periere. Vnde Iuuēalis. præclare dixit. Ad generum Cæreris sine ræde & uulnere pauci Descēdūt reges & sicca morte tyranni. Haud fere quisquā Iuuena.
quasi nemo effugit talem finem uitæ. Malus enim. ratio quare non possunt durare tycanni: quoniam timētur. & metus non est custos diuturnitatis. Immo qui timetur non potest diu durare. Timor quippe nescit diuturnitatis custodiam: sed beniuolentia cū sit uoluntaria est fidelis custos ad perpetuitatem. Potētia inquit Seneca: quæ: multoꝝ malo exerceť: diu stare nō potest. Plutar. in uita Arati Sicionii dicit. Sed uera ac stabilis beniuolentia ciuiū optima principis custodia est. cum enim multitudo ac potētes assueti sunt ut nō ducere: sed duci timeant: multis ad uidēdum oculis multis ad audiendū auribus utiť. Et aratus Philippo dixit. Latrones saxa incolunt: & rupes: & præcipitiis se tutātur. Regi aūt nihil fide & beniuolētia firmius: nec munitius eē potest. Agaménon: ut auctor est Plutarchus ī uita Niciæ dicebat: Vitæ nostræ præsidē turbā sortiti sumus: multitudiniq; Seneca Plutar.

Antigonus procul dubio seruire cogimur. Antigonus pater Demetrii dicebat beniuolētiā sibi semp uisam optimū regni fundamētū: uerissimūq; præsidiū. Et Cyrus apud Xenophontē dicit. Necesse est q a multis timetur: is multos
Syllius sibi faciat inimicos: qui uero oībus simul infestus est: is oībus cōcordiā inuicit. Syllius dicit. Et quātū terrent tan rum metuentia regna. & Cyrus moriēs dixit filiis. Nō est aureū hoc sceptrū: quod regnū seruet: sed amici mul/ti sceptrū sunt regibus uerissimū maximeque securū. Malus custos. non bene custodit & cōseruat metus: sed īterficit & perdit illū quē timet. Cōtra. ex alia parte beniuolētia est fidelis custos & æterna: cum sit uolūtaria.

Malus enim ē custos diuturnitatis metus: contraq; beniuolentia fidelis est uel ad ppetuitatē. Sed his q ui oppressos imperio coercent sit sane adhibenda sæuitia: ut hæris in famulos: si aliter teneri nō possunt. Q ui uero in libera ciuitate ita se instruunt: ut metuanē: his nihil potest eē demētius. Q uāuis. n. demersæ sint leges ali/cuius opibus: q̄uis tremefacta libertas: emergūt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis: aut occultis de honore suffragiis. Acriores aūt morsus sunt intermissæ libertatis q̄ retentæ: quod igiē latissime patet neq; ad īcolumitatē solū: sed ēt ad opes & potētiā ualet plurimū: id āplectamur: ut metus absit: charitas retineaē. Ita facillime q̄ uolumus & priuatis ī reb⁹ & ī rep. cōsequemur. Et. n. q se metui uolēt: a qbus metuūē: eosdē metuāt ipsi necesse ē. Q uid. n. cēsemus supiorē illū Dionysiū quo

Vel. i. etiam. Ad ppetuitatē: quoniā: quæ amanē ppetua sunt: nō solū diuturna. Sed his q ui oppressos. cōcedit Cicero his qui ali/os ui oppressos tenent ut adhibeant sæuitiā: si aliter ī officio cōtineri nō possunt. Inde Cæsarē latenter tangit: qui ī libera ciuitate timeri uoluit: ī qua honores susceperat & gradus dignitatis: & sic demēs fuit: quoniā nesciuit imponere modū cupiditati: quæ illum ad ī/teritū perduxit. Roma. n. bælua erat multorum capitū: nec poterat ui oīno opprimi: ut nō aliquando resurgeret & acriter morderet tremefacta libertas. Imprudens igiē fuit Cæsar & oēs tyrāni: quoꝝ uita nihil pōt esse mi/serius. Coercent. cōtinent illos quos ui oppresserūt. Sit sane. cōcedaē ut sæuiāt ī sub/ditos: si aliter eos cōtinere nō possunt. Vt heris. ut dominis in seruos. Dominus enim pōt sæuire ī seruos: & hēt ī ipos uitæ necisq; ptāīē: si cā ī erit occidēdi: ut dictū ē. rpe Iustiniāi ur supra ēt dixi: nō licebat alicui dn̄o īcogiuta cā supra modū ī suos seruos seuire. Et Diuus Pius Antonius constitutionē fecit: ut q sine causa seruū suū occiderit: nō mīus puniaē q̄ q seruū occiderit aliēnū. Si aliter. alia uia & rōne: non poterūt coerceri. Qui uero. hic est locus qui Cæsaris imprudētiā tangit. In libera ciuitate. ut erat Roma: anteq̄ Cæsar eā occuparet. Se īstruūt. armāt & præparant: ut fecit Cæsar: qui in libera ciuitate ita se instruxit: ut timereē: nō amareē. Vnde demēs fuit nō considerās rei euētū. Nil dementius. plus est q̄ si dixisset: tales demētissimi sunt. Quāuis. n. ratio quare tales nullā habēt prudentiam: quoniā dāt pœnas tādē: ut Cæsari accidit. Demersæ sint. loqtur per trāslationē natantiū: qui demerguntur: postea emergūt. Leges opprimūē potētia nōnulloꝝ: sed postea emergūt. Sensus est. q̄uis leges uideāē oppres/sæ & libertas opibus quorundā: tamē emergūt & apparēt aliquādo tacitis iudiciis. nā de his q in libera ciuitate uolūt timeri male iudicaē: & cū suffragium bonoꝝ ad honores petūt. nō assequūē id quod cupiūt. Opibus. potētia alicuius. Tremefacta. cōcessa. Emergunt. apparēt & redeunt ī pristinū statū. Hæc. leges & liber/tas. quæ legibus contineē. nam cum leges nō seruanē ,ppter alicuius potentiā libertas amissa est. Tacitis iudiciis. hominum q male de eo iudicant qui leges oppressit: q̄uis nō audeāt palā repræhēdere. De honore. quē il le cupit: tamē ciues nō suffraganē: & tacitis suffragiis repugnāt. Acriores aūt. sed īquit Cicero ciues magis accendunē ad ultionē propter libertatem itermissam: q̄ prius ad illam retinendā anteq̄ amittereē: quoniā experti sunt qd sit carere libertate. Acriores. uehemētiores & duriores: nā intermissa libertas: mordet acriter illū q̄ se oppressit: ut accidit Cæsari. Quā retentæ. q̄ si retinuerint uires & nunq̄ amiserint. Quod igiē. cōcludēs dat præceptū nihil esse utilius q̄ nō timeri. Patet latissime. ad oīa se extēdit: quoniā beniuolētia ,pdest ad oīa. Ad incolumitatē. ut simus incolumes & tuti: nō timētes īpetū alioꝝ in nos & insidias. Id amplectamur. id sequamur tota mente. Charitas. amor mutuus & pius serueē. Ita facillime. ponit ea quæ consequi facile possumus si amamur: & totū oppositū si timemur: nā qui uolūt timeri necesse est ut & ipsi eos timeant: a qbus timenē. Ita. si aberit metus & retinebiē religiosus amor. Priuatis rebus. domesticis & re familiari augēda & in rep. i. assequemur honores publicos: & magistratus alioꝝ suffragiis & oīum cōsensu. Et. n. ostēdit a cōtrario quātū in se præsidii habeat beniuolētia: quoniā q timeē necesse est ut timeat. Quid. n. censemus. ,pbat id qd' dixit per exēpla tyrānoꝝ qui eos timebāt: a qbus timebanē. Quid cēsemus. iudicamus. Supiorē. ad
Valerius differētiam alterius Dionysii. syracusanoꝝ tyrānus huiusce tormēti q̄ lōga fabula: īquit Valeri. qui duo de. xl. annoꝝ dominationē ī hūc modū pegit. submotis amicis in eoꝝ locū ferocissimaꝝ gentiū hoīes: & a famulis lo cupletū electos pualidos seruos: qbus latera sua cōmitteret: sustinuit. Tonsorum quoq; metu rōdere filias suas edocuit: quaꝝ ipsaꝝ postq̄ adultæ ætati appropinqbāt māibus ferrū nō ausus cōmittere: īstituit: ut rādēnū glādiū aut nucū putaminibus nō captā manibus barbā sibi & capillos adurerent. Nec securiorē se maritū egit q̄ patrē. Duaꝝ. n. eodē tpe aristomacles syracusanæ & locrēsis doridis mrīmōiis alligatus: neutrius unq̄ nisi excussæ cōplexū petiit: atq; cubicularē lectū perīde q̄ si castra lata fossa cinxit: ī quē se ligneo pōte recipiebat: cū forē cubiculi extrīsecus a custodibus opertā īteriorē claustro ipse diligēter obserrasset. Cic. ī ulti. Tuscu. de hoc Dionysio ita loquiē. Duo de. xl. ānos tyrānus syracusanoꝝ fuit Dionysius: cū. v. & . xx. ānos natus dominatū occupauisset: & paulo post. qn ēt ne tōsori collū cōmitteret: tōdere filias suas edocuit: ita sordido atq; ancillari artificio regiæ uirgines ut tonstriculæ tōdebāt barbā & capillū pāris: & tamē ab his ipsis ferꝝ remouit: īstituitq; ut candētibus

iuglandiũ putaminibus barbã & capillũ aduteret. Cultros tõsorios.nouaculas tonsoꝝ. Candenti.accenso carbone:aut putaminibus iuglandiũ.i.corticibus nucũ:q̃ & iuglandes dicunt. Nuces dicũt omne pomũ aucto re Macrob.qđ foris duro tegit:& itus habet qđ æsui est. Adurebat.qđ ministeriũ filiæ exercebãt.Pla.in epi stola ad amicos dionis & ꝓpinquos sic scribit.Carebat Dionysius amicis:fideliqꝫ hoĩbus:quo nullũ maius argu mẽtũ uel ĩprobitatis si desint:uel ꝓbitatis si adsint.& i.ix.de rep.agẽs de tyrãnoꝝ miseria sic ait.Tyrãnicus aius metu sollicitat & ꝑpetuo pauore terret. Quid Alexandrũ pheræũ.de hoc Alexãdro ita scribit idẽ Vale.Hoc

Nux
Plato
Valerius

cruciatu timoris angi solitũ:q cultros mentuens tonso rios:candẽti carbone sibi adurebat capillũ.Q uid Ale xãdrũ pheræũ? quo aĩo uixisse arbitramur:qui:ut scri ptũ legimus:cũ uxorẽ Thebẽ admodũ diligeret:tamẽ ad eã ex epulis in cubiculũ ueniẽs:barbaꝝ:& eũ qdem ut scriptũ est:cõpunctũ notis threiciis districto gladio iubebat anteire. Præmittebatqꝫ de stipatoribus suis q̃ ꝑscrutarent arculas muliebres: & ne quod uestimẽtis occultaret telũ exquirerent. O miserũ qui fideliorem & barbarum & stygmatiã putaret q̃ coniugẽ. Nec eũ fefellit opinio.Ab ea est enim ipse ꝓpter pellicatus su spitionẽ ĩterfectus. Nec uero ulla uis impetii tãta est: quæ premẽte metu possit esse diuturna. Testis est pha laris:cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas:qui non ex ĩnsidiis interiit:ut is quem modo dixi Alexan der: Non a paucis ut hic noster:sed in quem uniuersa agrigẽtinorum multitudo impetum fecit. Q uid ma

rege ĩfelicior Alexander cuius ꝑcordia:hinc amor:hic metus torserũt.nam cũ ĩfinito ar dore cõiugis Thebes teneret:ad eãqꝫ ex epu lis ĩ cubiculũ ueniẽs barbarũ stricto gladio iubebat anteire:nec prius se idẽ lecto cõmit tebat:q̃ a stipatoribus diligenter esset scru tatus.suppliciũ irato deoꝝ numine cõposi tũ:nec libidini:nec timori posse ĩperare:cu ius timor eadem & causa & finis fuit. Alexã drum Thebe pellicatus ira mota ĩteremit.

Pheræũ.pheræ oppidũ ẽ Thessaliæ uexa tũ nõnulloꝝ tyrãnide: iter quos hic fuit Ale xãder.Vnde pheræus cognominat. Quo aĩo.quo cruciatu duoꝝ affectuũ timoris & amoris. Legimus scriptum.ut historiæ te stant. Ex epulis.post cœnã. Thebẽ.hæc thebe:ut auctor ẽ Plutar.i uita pelopidæ:fi lia fuit Iasonis pheræi alterius tyrãni: de quo supra. Barbaꝝ.ex Thracia hoĩem ferocissi mũ. Cõpunctũ.signatũ.i.barbaꝝ q i thra cia fuerat stigmate notatus. Ergo plus fide bat seruo stigmatico q̃ uxori: licet illam arde ret. Notis threiciis.quoniã apud thracas: ut auctor ẽ Herodo.l.v.punctas eẽ frõtes no bile iudicabat:nõ esse notaras pũctis ignobi les. Districto.nudato gladio. De stipatoribus.satellitibus:quos hẽbat ad lateꝝ custodiã. Perscrutarẽt.di ligẽter inquirerẽt.stipare est cõdensare:ide dicũt stipatores q aliquẽ circũstãt cã officii aut defensionis. Scru tati.minutissima quæqꝫ iquirere. O miseꝝ.exclamat Cic.i miserã tyrãni uitã. Stygmatiã.notis cõpunctũ. stygma significat notã & punctũ:inde stygmatizo noto & signo:stygmatias auctore Nonio ueteres dici uolue rũt notis pũctos.Strabo li.iiii.agens de apidibus sic ait.Illyricoꝝ quoqꝫ more ac thracũ stygmatiæ. Nec opio. recte opinabat:& insidias timebat uxoris:quoniã ab ea est iterfectus. Pellicatus.q haberet pellices & concu binas.pellex uxoris dicit nõ uiri a pellendo:quoniã uxorẽ a uiro pellit: cũ quis nõ habet uxorẽ:dicit habere cõ cubinã:nõ pellicẽ:quoniã pellex refertur ad uxorẽ:quã a uiro pellit.Vnde Iuno suas pellices magno ꝑsequebat odio:ut est i fabulis:quoniã a se Iouẽ altenabãt. Pellicatus.dr cõcubitus pellicis:ut adulteriũ concubitus adul teroꝝ. Est iterfectus.de quo Oui.i ibim:Inqꝫ tuo thalamo ritu iugulere pheræi. Qui datus ẽ læto coniugis ense suæ.& Dionysius syracusius auctore Plutarcho i uita arthaxerxis:pheræũ q menses.x.regnasset i thessalis: deinde esset interfectus.Tragicum tyrãnum appellabat i celerem.s.mutabilitatem cauillatus. Nec uero ulla uis.dicit Cic.nullã esse tam firmã potentiã: quã metus nõ possit labefactare.Nã si is:qui imperat timet dura bilis nõ ẽ:& ꝓbat hoc etiã exemplo Phalaridis:q fuit tyrãnus Agrigẽtinus & sæuitia plenus. Nobilitata.quo niã non ĩsidiis priit:ut solent tyrãni cadere.sed ab omni multitudine Agrigentinoꝝ iterfectus:q̃ res illius mor tem nobilitauit:& hystoriaꝝ monumẽtis mandata ẽ. Zeno eleares summus phũs & ad excitãdos iuuenũ aĩos prõptissimus auctore Valerio:maxĩo lib.iii.ꝑriam deserẽs suã. A grigẽtũ se cõtulit:qđ Phalaris sæuissima ty rãnide uexabat:ibi cũ esset & Phalarim ĩ sua sæuitia ꝑseuerare uideret:nobilissimos adolescẽtes ad restituendã ꝑriæ libertatem inflãmauit:id cũ Phalaris itellexisset:cõuocato ĩ foꝝ populo Zenonẽ torqueri iussit: ut sui cõ silii conscios ꝓderet:qđ nõ fecit:ĩmo fideles ipsi phalaridi suspectos reddidit:& obiiciẽs Agrigentinis ignauiã & timiditatẽ effecit:ut subito mẽtis ĩpulsu cõcitati Phalarim lapidibus obruerẽt.Valerius hoc tribuit phiæ: quã his uerbis laudat.Est & illa uehemẽs & cõstans animi militia lr̃is pollẽs uenerabiliũ doctrinæ sacroꝝ Antistes phia:q̃ ubi pectore recepta est:hoĩum ĩhonesto atqꝫ ĩutili affectu depulso totũ ĩsolidæ uirtutis munimẽto cõfir mãt:potẽtiusqꝫ metu ac dolore facit.Incipiãaũt ingr a Zenone eleate:q cũ eẽt ĩ dispiciẽda reꝝ natura maxĩe pru dẽtiæ.inqꝫ excitãdis ad uigorẽ iuuenũ animis ꝓmptissimus.Præceptoꝝ fidẽ exemplo uirtutis suæ publicauit.

Vt hic noster.Cæsar quẽ pauci cõiurati iterfecerũt. Quid macedões.Demetrius ut scribit Plutar.i uita Pyr rhi:Antigoni filius:q post mortẽ Alexãdri magni magnã oriẽtis partẽ occupauit:iterfecto Alexãdro Cassandri filio ꝑ ĩsidias partem Macedoniæ occupauit:& cũ supbe iperaret:& bellũ cum Pyrrho gereret: positis iuxta ca stris nõnulli Pyrrhũ laudibus extollebãt.submittebat quosdã & ipse Pyrrhus:qui se macedones esse simulãtes dicerẽt adesse tẽpus:ut ex graui Demetrii domiatu ad uiꝝ benignũ & amatoĩ ẽ militũ trãsirent.iãquidã ipsi ẽt Demetrio dicebãt ipsum recte facturũ si cederet ac regnum dimitteret.Itaqꝫ Demetrius motum cernẽs exerci tum:atqꝫ ob id cõterritus clã fugit. Pyrrhus aũt in castra receptus rex macedonũ appellatus ẽ.in uita Demetrii

Thebe
Stipo
Stipator
Stygma
Stygma tia
Strabo
Pellex
Ouidius
Zeno
Valerius
Plutat. de Deme trio

cedones non ne demetrium reliquerunt: uniuersiq; se ad Pyrrhum contulerunt? Quid lacedæmones iniuste imperantes: nõne repente omnes fere socii deseruerunt: spectatoresq; se ociosos præbuerunt leuctricæ calamitatis? Extera libentius in tali re q̃ domestica recordor. Verumtamen quandiu imperium populo ro. beneficiis tenebat᷑ non iniuriis bella aut pro sociis. aut de impio gerebant᷑: exitus erant bellorũ aut mites aut necessarii: Regum populorũ: nationũ: portus erat & refugium senatus; Nostri autem magistratus iperatoresq; ex una hac re maximam laudem capere studebãt: si ꝓuincias: si socios æquitate & fide defendissent. Itaq; illud patrociniũ orbis terræ uerius q̃ imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem & disciplinã

Idem Plotarchus scribit milites Demetrii eũ adire ausos fuisse monentes: ut saluti suæ fuga cõsuleret: cum aduersus Pyrrhum pugnaret. Macedones pugnãtes pro deliciis suis iam fatigatos ulterius eius imperiũ sustinere non posse. Itaq; Demetriũ ad tentoriũ profectũ ibiq; deposita ueste regia & fusca ueluti cuiusdã histrionis chlamyde sumpta cũ paucis fugã arripuisse: & Pyrrhũ castris & exercitu potitũ esse. Inde adueniente Lysimacho regnum macedoniæ qd᷑ septẽ annis sub Demetrii dominatu ꝑmãserat: ambos ĩter se partitos fuisse. Demetrius in asia superatus a Seleuco rege genero suo: nã stratonicẽ Demetrii filiã habebat uxorẽ: ad eum misit orãs pacẽ. Seleucus apollonidem ad eũ misit: orauitq; ut ad se ueniret. Tandẽ a q̃busdã ꝑsuasus sententiã mutauit: iussitq; pausaniã ꝓdire illi obuiã ut eũ i syriæ cheronnessum duceret: ubi sub custodibus relictus fuit: & triennio ibi detentus: cũ ex ocio potuq; & delitiaꝝ abundãtia ĩ ægrotationẽ incidisset: tandẽ morbo inualescẽte post quartũ & sexagesimũ ætatis ãnũ uita functus ẽ: q ob ferociã pugnãdi & aium ad bella natũ orbis expugnator cognoiatus est. de cuius sup̃bia ĩ macedões ita Plutar. scribit Vehemẽter macedões cõturbabãt difficiles aditus: sup̃ba respõsa: itolerabilis fastus: quibus supra modũ excessisse demetriũ tradũt: & cum libellos supplicantiũ macedonũ benigne sinu chlamydis excepisset oibus suaꝝ petitionũ respõsa expectãtibus: cũ ad pontẽ axii fluuii ꝑuẽisset soluto chlamidis sinu libellos ĩ aquã deiecit: q̃re animi macedonũ grauiter offensi sũt. Quid lacedæmones. nũc affert exẽplũ lacedæmonioꝝ q iniuste ĩperãtes a sociis dimissi sunt: & a thebanis uicti fuerũt leuctrica pugna: de q̃ supra dictũ ẽ. Oẽs fere socii. q lacedæmõiis prius fauerãt alienati fuerũt a lacedæmoniis oĩone Epaminũdæ ducis thebani: nã ante pugnã leuctricã cũ oĩum socioꝝ cõuenissent legati corã frequẽtissimo legationũ cõuẽtu sic lacedæmonioꝝ tyrãnidẽ accusauit ut nõ minus illa oꝛone opes eoꝝ cõcusserit: q̃ leuctrica pugna. Tũc. n. inq̃t æmilius ꝓbus perfecit qd᷑ post apparuit: ut auxilio socioꝝ lacedæmonii priuarẽt᷑. Post pugnã leuctricã lacædemonii nunq̃ respirarũt: nec pristinũ imperium recuparũt: imo Epaminũdas spartã oppugnatũ uenit post uictoriã leuctricã: ratus facilẽ expugnationẽ: quoniã lacedæmonii deserti erãt a sociis: & oppidũ ẽt sine muris: sed copos uoti esse non potuit ꝑp uirtutẽ & prudentiã agesilai: quẽ lacedæmonii ex asia reuocauerãt parantẽ bellũ arthaxerxi. Talẽ se in eo discrimine iperatorẽ ꝓbuit agisilaus ut eo tp̃e oibus exploratũ fuerit: nisi ille fuisset spartã futuꝝ nõ fuisse. Repente. statim alienati oĩone Epaminũdæ qd᷑ ꝑter spem lacedæmõioꝝ fuit. Spectatores. spectarũt sedẽtes & ociosi illã stragẽ: & nullũ auxiliũ attulerũt: q̃uis eẽnt socii lacedæmonioꝝ ĩ bello. Leuctricæ calamitatis. stragis & cladis: quã acceperũt lacedæmõii ad leuctrã oppidũ Boetiæ cleombroto duce: q illic uulneratus occubuit. Rex alter. agesilaus acsi sei malũ euentum diuinasset ad illã pugnã ꝓficisci noluit: q̃uis nõnulli ut eo cõtẽderet suaserit. Externa libẽtius. exẽpla crudelitatis: q̃ fuerũt apud exteros hoĩes. i. extra italiã. Et laudat ĩperiũ romanũ: & priscũ ĩperãdi morẽ: ut magis accuset & ĩsectet᷑ syllam & cæsarẽ: qui crudelitatẽ summã ĩ ciues nationesq; exercuerãt: & dum metui q̃ amari studuerũt optimam imperãdi & uiuẽdi disciplinã sustulere. In tali re. crudelitate: & his q uoluerunt timeri & iniuste iperare. Quã domestica nr̃a romana. Recordor repeto inq̃t memoria libẽtius exempla exteroꝝ hoĩum q̃ nostroꝝ. Verũtamen quandiu. laudat Cice. priscos romãos: q nõ iniuriis: sed beneficiis populos & natiões ad parẽdũ alliciebãt: atq; ad amicitiã: quoniã senatus romãus uidebat᷑ esse patrociniũ totius orbis: adeo ab ipsis iusticia & æq̃tas colebat᷑. Inde cum irrepsit crudelitas & tyrannis: extiterũt bella ciuilia: & respublica in maxĩas excidit calamitates: dũ illi q eam occupauerant: timeri q̃ amari maluerũt. Beneficiis. cõferendo beneficia ĩ socios q beniuolẽtia ducti libẽter romão iperio parebant. Iniuriis. crudelitate: & omni alio genere iniuriaꝝ. i. cũ imperiũ cõtinebat᷑ beniuolẽtia subditoꝝ nõ ui & cũ eoꝝ iniuria: nec iferret᷑ aliqua uis & crudelitas.

humanitate discedit. Quid siqs sapiēs.alia
quæstio. Promisisse nollē.respōdet Ci.ꝓposi
tæ quæstioni dicēs:ap̄ētis uiri & grauis fu-
isse nō permittere:sed qa ꝓmisit:laudabilius
erit in hoc mētiri:nihil.s.ex hæreditate acci-
pere:nisi forte pecuniā illa hæreditate relictā
collaturus aliquando sit in utilitatē reipubli.
Grauitatis.cōstātiæ & uirtutis. Si ducet.
existimabit esse turpe:& p̄rer decorū uiri sa-
piētis saltare in foro. Honestius.maiore lau
de:si nihil capiet ex hæreditate:quoniā ostē-
dit an tigorē esse sibi uirtutē:& decoꝝ oibus
aliis rebus. Magnū aliqd̄ tps.i.ī aliquā diffi
cultatē & necessitatē reip.cui adeē debemus:
& qcqd ꝓ illa facimus:decet. Ac ne illa qui-
dem. Nūc de ꝓmissis nō seruandis disputat:

Sol Phaetonti filio:ut redeamus ad fabulas:facturũ se
esse dixit quicqd optasset:optauit:ut ĩ currũ patris tol
leret᷑.sublatus est:atq; insanus anteq̃ constitit:ictu ful
minis deflagrauit:quãto melius fuerat:in hoc ꝓmissũ
patris nõ esse seruatũ. Quid quod Theseus exegit ꝓ
missum a Neptuno:cui cũ tres optiones Neptunus de
disset:optauit iteritũ Hippolyti filii sui:cui cũ is parti
suspectus eẽt de nouerca:quo optato ĩpetrato These
us in maximis fuit luctibus. Quid agamẽnon cũ de
uouisset Dianæ:qđ in suo regno pulcherrimũ natũ es
set:illo anno imolauit Iphigeniã:q̃ nihil erat eo qdem
anno natũ pulchrius.ꝓmissũ potius nõ faciẽdũ:q̃ tam
tetrũ facinus admittẽdũ fuit. Ergo & ꝓmissa nõ facien
da nõnunq̃:neq; semp deposita reddẽda sũt. Si gladiũ
qs apud te sanæ mẽtis deposuerit:repetat insaniẽs: red
dere peccatũ sit:nõ reddere officiũ. Quid si is:q apud
te pecuniã deposuerit:bellũ ĩferat patriæ:reddes ne de
positũ? Nõ credo.facies.n.cõtra rẽp.quæ debet eẽ caris
sima. Sic multa:quæ natura honesta uident᷑ eẽ:tpibus
fiũt nõ hõesta.facere ꝓmissa:stare cõuẽtis: reddere de
posita:cõmutata utilitate fiũt nõ honesta. Ac de his qui
dẽ:quæ uident᷑ eẽ utilitatis contra iustitiã simulatione
prudẽtiæ satis arbitror dictũ. Sed quoniã a q̃tuor fõti
bus hõestatis:ptio libro officia duximus: ĩ eisdẽ uersa
bimur:cũ docebimus ea q̃ uident᷑ eẽ utilia:neq; sint qn
sint uirtutis inimica. Ac de prudẽtia qdẽ:quã uult imi
tari malitia.itẽq; de iustitia:quæ semp est utilis: dispu
tatũ est.

De fortitudine.

Reliquæ sunt duæ partes honestatis: quarũ al
tera in animi excellentis magnitudine:& præ
stautia cernitur:altera in cõfirmatione & mo
deratione cõtinẽtiæ & tẽpantiæ. Utile uidebat᷑ Ulys
si:ut qdã poetæ tragici ꝓdiderũt. Nã apud Homerũ
optimũ auctorẽ talis de Ulysse nulla suspitio ẽ: sed ĩ
simulãt cũ tragœdiæ:simulatõe ĩsaniæ militiã subter
fugere uoluisse:non honestũ cõsiliũ:at utile:ut aliquis
fortasse dixerit regnare:& ithacæ uiuere ociose: cũ pa
rẽtibus:cũ uxore:cũ filio. An ullũ tu decus ĩ quotidia
nis piculis & laboribus cũ tranqllitate hac cõferendũ
putas? Ego uero istã cõtẽnendã & obiiciendã:quoniã
quæ honesta non sit:ne utilẽ qdem eẽ arbitror: Quid
enim auditurum putas fuisse Ulyssem:si in ipsa simu
latõe perseuerasset:qui cum maximas res gesserit ĩ bel
lo:tamẽ hæc audiuit ab Aiace:cuius ipse princeps iu
rãdi fuit. Quod omnes scitis solus neglegit fidem:
furere assimulauit:ne eo iret quo ĩstitut. Quod ni Pa
lamedis perspicax prudentia istius percepisset ma-

de quibos dictum est in primo uolumine:&
ponit exemplũ de sole & Phaetonte. Neptu
no & Theseo. Agamẽnone & Iphigenia filia
quã imolauit. Aliqui dicunt Agamẽnonem
cũ græcorũ classis aulide cõuenisset: ĩpruden
tem ĩteremisse capreã pascẽtem: & Dianæ sa
cram. Numẽ ob id iratum placari sanguine.
Agamẽnonis filiæ poposcisse. Ulyxẽq; simu
lantem Achilli desponsam a Clitẽnestra ma
tre uirginem accepisse:& ante aras oĩctatam
statuisse. Achillẽq; : cæterosq;:qui sacrificio
præerant:puellam regi scytharum clã eman
dasse:& sic tauricæ Dianæ templo præfuisse.
Fabulæ dicunt ceruã fuisse suppositã pro uir
ginea Diana. Tam tetrum.crudele & hor
rendum. Ergo.cõcludit ostẽdens hæc eẽ
officia a circunstãtia : ut suo loco dictum est.

Quid si.alia quæstio:qua officiũ & circun
stantia ostendit. Temporibus.conditione
tẽporũ. Cõmutata utilitate.qooniã si fit ꝓ
missum.nõ est utile illi:cui ꝓmissum est: &
quia utilitati consulendũ est: mutata utilita
te mutat᷑ officiũ:hæc plana sunt:& in primo
libro tractata uberius. Ac de his qdẽ.postq̃
differuit de his quæ pertinẽt ad prudẽtiã &
iustitiã Cicero captans attẽtionẽ trãsit ad reli
qua:quæ ptinent ad fortitudinẽ & temperã
tiam:de qbus usq; ad finẽ disputat : ostendẽs
nihil esse utile : quod forte uirũ dedeceat : &
temperatũ:cõfutãs epicureorũ opiniones sta
tuentiũ finem bonorũ in uoluptate:& firma
explorataq; corporis ualitudine: Simula
tione.i.malitia quadã:quæ prudẽtiã uidetur
imitari:cũ ab ea distet plurimũ. In eisdem:
fontibus:a qbus officia ducunt᷑ & manant.

Reliquæ sunt duæ partes.fortitu
do.s.& tẽperãtia:sed prius agit de
fortitudine. Et ponit exẽplũ Ulys
sis:quẽ ostendit non potuisse uiri
fortis & magni decoꝝ seruare:si
domi remãsisset uitãs bellicos labores : q̃uis
id utile potuisset uideri. Ithacæ. q̃ erat pa
tria sua:cuius desiderio dicebat apud Home
rũ se teneri in hæc uerba.Ithaca oĩum clarissi
ma occasum uersus:aspa qdẽ sed optia iuuẽ
tutis altrix:q̃ ego nihil unq̃ amoenius uidi.

Ociose.sine laboribus bellicis. Cũ parẽti
bus. Laerte & Autolia m re. Uxore. Penelo
pe. Filio. Telemacho. An ullũ tu decus. Sẽ
sus est.nulla trãquillitas & uita ociosa potest
conferri cũ decore & laude: quã meret᷑ quis
ex laboribus & piculis aditis pro decoro ser
uando.tranquillitas enim q̃ honesta nõ ẽ nõ
potest eẽ utilis. Ab Aiace.filio Thelamõis
superato ab Ulysse in iudicio armorũ. Cu
ius ip̃e priceps.hæc erãt uerba Aiacis ĩ tragœ
dia:qbus exprobrabat Ulyssi : q; militiã sub
terfugerit simulatione insaniæ. Quod ni
Palamedis. Ulysses ne iret ad bellũ : forore si
mulauit:sed Palamedis pspicaci ĩgenio simu
latio illa detecta est. Nã cũ araret:& salem se
reret:ut furens uideretur:Palamedes obiecit
aratro telemachũ: & sic timens filio se apuit.

Id qđ fecit. quoniã errauit p maria & uarios labores ppessus ẽ: ut canit Homerus ĩ odissea. Barbaris. phry/
gibus. Nr̃am. romanã: & affert exẽplũ Reguli: q ad suppliciũ redire maluit: q̃ aliqd de cõstãtia & fide remit
tere. Cõsul iterũ. in secũdo cõsulatu in quo collegam habuit. L. Mãlium. bis consul fuit Attilius regulus. de se
cũdo cõsulatu nota est historia apud. T. Liuiũ & polybiũ. Ex ĩsidiis. Xãtippus lacedæmonius mercede cõdu/
ctus a carthagiñẽsibus & militatis rei pitissimus callide exercitũ ĩstruxerat: elephantosq; in hostes immiserat.
Vnde pugnatũ est aliq̃diu dubio marte: sed Xãtippus simulata fuga romanos ad ĩsidias traxit: & regulus captus
ẽ: & Romã missus: ut aut pacẽ suaderet noĩe
pœnoꝝ: aut captiuoꝝ pmutationẽ. suasit ne
fieret pmutatio. addidit ẽt sibi uenenũ datũ
ad tp̃s. quo paulatĩ tabescẽn corpore facta per
mutatõe extingueř. Vxore. Martia. Cũ
liberis. duobus filiis: quorum alter ut ẽ apud
Syllium Seranus uocabatur: alter Regulus.

Quæ censes. respondet Cicero talia non es
se utilia: quoniam sunt contra magnanimita
tem & fortitudinem: de quibus nunc agitur
ut dictum est. Nam locupletiores: an inqt
quæris maiores auctores ipsa magnitudine
animi & fortitudine: quæ negant talia nõ es/
se utilia: quia sibi repugnent: quasi dicat hæ
uirtutes ostẽdũt illã spẽm utilitatis esse falsã.

Mandata. Carthagiñẽsiũ de pace & pmu/
tatione captiuoꝝ. Sentẽtiã ne diceret. quo/
niam negabat fas esse captiuo sedere ĩter con
sulares & liberos ciues: ac dicere sententiam.

Atq; illud etiã. affert id qđ potuisset aliqs
dicere cõtra regulũ. Cũ uigilãdo necabař.
Tenebař Regulus in tenebris & repẽte ardo/
ribus solis obiiciebatur: cogebaturq; respice
re ad solẽ insutis sursum ac deorsum palpe/
bris: tũ sõno diu ꝓhibitus decessit. Armariũ
ex tabulis ligneis pœni excogitauerãt supposi
tis etiã acutis lignis dispositis stimulis p late/
ra armatii: quo clauserũt Regulũ: ita ut nec
iacere: nec adhærere posset: nisi fixus stimu/
lis. Vnde dicit Seneca loquẽs de supplicio re
guli: Figũt cute claui & quocũq; fatigatũ cor
pus ĩclinauit: uulneri ĩcũbit: & in ꝑpetuã uigi
liã suspẽsa sunt lumina. At stulte. affert ali
ud: quod qs contra Regulũ potuisset afferre
fundamẽta naturæ: quoniã honestũ ẽ secun/
dũ naturã: & nihil est utile qđ nõ sit hõestũ:
qđ qui nõ tenent: & utile ab honesto separãt
puertũt fundamẽta naturæ. Vnde Socrates
illos execrari solebat: qui hæc duo cõiũcta na
tura opiniõe ꝑuaua distraxissent. Rapimur.
ui & imperio naturæ: sed nos corrupti uetũ
utile nõ dispicimus auaritiæ nubilo: aut alte
rius affectus caligine obducti: æstuq; cupidi/
tatũ inflãmati: ideo dicit utilia nõ posse repe/
riri: nisi in laude decore & honestate. Et hæc
sunt prima: & sũma igit utilitas necessitati na
turæ subuenit: illa uero afferũt splẽdorẽ no/
minis & gloriã: ꝓpter honestatẽ quippe lau/
damur. Illa. laudẽ: decorẽ: & honestatẽ: q/
bus dař primus & sũmus locus. utilitas autẽ
expetiř ꝓpter necessitatẽ: ergo præstabiliora
magis appetẽda sunt: & cæteris præponẽda.

Quid est igiř. affert ea quæ potuissent di/
ci cõtra regulum: q; noluerit iusiurãdũ uio/
lare: ne Iouẽ iuocatũ offenderet. Et has rõnes
Cic. cõfutabit: ostenditq; Regulũ officio bo
ni magniq; uiri fũctũ eẽ. Nihil hr̃e negocii.

litiosam audaciã: fide sacrata ius perpetuo falleret. Illi
uero nõ mõ nõ hostibus: uerũ etiã cũ fluctibus: id qđ fe
cit dimicare melius fuit: q̃ deserere cõsentiẽtẽ græciam
ab bellũ barbaris ĩferendũ. Sed dimittamus & fabulas
& externa: ad rẽ factã nostrãq; ueniamus. M. Attilius
Regulus: cũ cõsul iterũ ĩ aphrica: ex ĩsidiis captus esset:
duce Xãtippo lacedæmonio: ĩperatore aũt patre Han
nibalis Hamilcare. iuratus missus est ad senatũ: ut nisi
eẽnt redditi pœnis captiui nobiles qdã: rediret ipse Car
thaginẽ: Is cũ Romã uenisset: utilitatis speciẽ uidebat:
sed eã: ut res declarat: falsã iudicauit: quæ erat talis: ma
nere ĩ patria: eẽ domi suæ: cũ uxore: cũ liberis: quã cala
mitatẽ accepisset ĩ bello cõem fortũæ bellicæ iudicare:
tenere cõsularis dignitatis gradũ: qs hæc neget esse uti/
lia? q̃ censes magnitudo animi: & fortitudo negat. Nã
locupletiores q̃ris auctores. Harũ. n. est uirtutũ ꝓpriũ
nil extĩescere: oĩa hũana despicere: nihil qđ hoi accide/
re possit ĩtolerãdũ putare. Itaq; qd fecit? In senatũ uẽit:
mãdata exposuit: sñiam ne diceret recusauit: q̃diu iure/
iurãdo hostiũ teneret nõ eẽ senatorẽ. Atq; illud etiã: o
stultũ hoĩem dixerit qspiã: & repugnãtẽ utilitati suæ:
reddi captiuos negauit eẽ utile. Illos. n. adolescentes &
bonos duces eẽ: se iã cõfectũ senectute. Cuius cũ ualuis
set auctoritas captiui retẽti sũt: ipse carthaginẽ rediit:
neq; eũ charitas patriæ retinuit: nec suoꝝ: neq; uero ta
mẽ ignorabat se ad crudelissimũ hostẽ: & ad exquisita
supplicia ꝓficisci. Sed iusiurãdũ cõseruandũ putabat.
Itaq; tũ cũ uigilãdo necabař: erat in meliori causa: q̃ si
domi senex: captiuus: piurus: & cõsularis remãsisset: at
stulte q nõ modo nõ cẽsuerit captiuos remittẽdos: ue/
rũ etiã dissuaserit. Q uõ stulte etiã ne si reipu. cõduce/
bat? Põt aũt qđ inutile reip. sit: id cuiq̃ ciui utile eẽ. per
uertũt hoĩes ea q̃ sunt fũdamẽta naturæ: cũ utilitatẽ ab
honestate seiũgũt. Oẽs. n. expetimus utilitatẽ: ad cãq;
rapimur: nec facere aliter ullo modo possumus. Nã qs
ẽ q utilia fugiat: aut qs potius: q ea nõ studiosissime ꝓ/
sequatur. Sed qa nusq̃ possumus: nisi in laude: decore:
honestate: utilia reperire. propterea illa prima & sũma
habemus: utilitatis nomẽ: non tã splẽdidũ q̃ necessariũ
ducimus. Q uid est igiř dixerit qs in iureiurãdo: num
iratũ tiemus Iouẽ. At hoc qdẽ cõe ẽ oĩum philosopho/
rũ: nõ eoꝝ: modo q deũ nihil hr̃e ipsum negocii dicũt:

&nihil exhiberi alteri: sed eorũ etiã qui deũ semp age/
re aliqd: & moliri uolunt nunq̃ nec irasci deum nec no
cere. Q uid aũt iratus Iuppiter plus nocere potuisset:
q̃ nocuit sibi ipse regulus? Nulla igit' uis fuit religiõis
q̃ tãtã utilitatẽ puerteret. An ne turpiter faceret primũ
minima de malis. Nũ igit' tãtũ mali turpitudo ista ha/
bebit: quantũ ille cruciatus? Deinde illud ẽt apud Ac/
cium. Fregisti ne fidẽ. neq; dedi neq; do ĩfideli cuiquã.
Q uanq̃ ab ĩpio rege dicit': luculente tamẽ dicit'. Ad/
dunt ẽt: queadmodũ nos dicamus: uideri quædã utilia
quæ nõ sint: sic se dicere uideri quædam honesta quæ
nõ sint: ut hoc ipsum uidet' honestum cõseruãdi iusiu/
randi causa ad cruciatũ reuertisse. Sed sit nõ honestũ:
qa qđ p uim hostium eẽt actũ: ratum eẽ nõ debuit. Ad
dunt etiã qcqd ualde utile sit: id fieri honestũ: etiã si an
tea nõ uideret'. Hæc fere cõtra Regulũ. Sed pria uidea
mus. Nõ fuit Iuppiter metuẽdus ne iratus noceret: qa
neq; irasci solet: neq; nocere. Hæc quidẽ rõ non magis
cõtra regulũ q̃ cõtra oẽ iusiurãdũ ualet. Sed ĩ iureiurã
do: nõ q metus: sed quæ uis sit debet ĩtelligi. Est eni ius
iurandũ affirmatio religiosa: qđ aũt affirmatiue: quasi
deo teste promiseris: id tenendũ est. Iã enim nõ ad irã
deorũ: quæ nulla est: sed ad iustitiam & ad fidẽ ptinet.
Nã præclare Ennius. O fides alma: apta pẽnis & iusiu
randum Iouis. Q ui igitur iusiurandum uiolat: is fidẽ
uiolat: quã in capitolio uicinã Iouis optimi maximi: ut
in Catonis oratione est: maiores nostri esse uoluerunt.
At eni ne iratus qdem iuppiter plus regulo nocuisset q̃
sibi nocuit ipse Regulus. Certe si nihil malum esset nisi
dolere: id aũt nõ modo non summũ malũ: sed nec ma/
lum quidem esse maxima auctoritate philosophi affir
mant. Q uorum qdem testẽ nõ mediocrem: sed haud
scio an grauissimum Regulũ: nolite quæso uituperare
Q uem eni locupletiorem quærimus: q̃ pricipem pu
blicæ rei q retinendi officii causa: cruciatũ subierit uo
lũtariũ? nam q aiunt mĩma de malis: hi ut turpiter po
tius q̃ calamitose: An est ullũ maius malũ turpitudie?
Q uæ si ĩ deformitate corporis habeat aliqd offensio
nis: quãta illa deprauatio: & fœditas turpificati animi
debet uideri? Itaq; neruosius q illa disserũt solũ audẽt
malũ dicere: id qđ turpe sit: q aũt remissius: hi tamẽ nõ
dubitant summũ malũ dicere. Nam illud qdẽ. neq; de
di: neq; do fidem ĩfideli cuiq̃. Iccirco a poeta dicitur: qa
cum tractaret' Atreus psonæ seruiẽdũ fuit. Sed si hic si
bi sumunt: nullam eẽ fidem quæ ĩfideli data sit: uideãt
ne quæratur latebra periurio. Est autem etiam ius bel/
licum fidesq; iusiurandi sæpe hosti seruanda. Q uod

& hi fuerũt epicurei. Epicurus enim dicebat:
quod beatũ æternũq; ẽ: idipsum nec habere
quicq̃ negocii nec exhibere alteri. Ita neq; ira
neq; gr̃a teneri: q; quæ talia essent ĩbecilla es/
sent oĩa: & negabat Epicurus in deo esse gra/
tiã. Sed eoꝝ. pipatheticoꝝ. s. & stoicorũ &
academicoꝝ. An ne igit'. pponit id qđ pro
Regulo dici potuisset: & ĩtroducit respõden/
tẽ: & asserentẽ turpitudinẽ ipsam eẽ minimũ
malũ: qđ postea Ci. refellit. Minima de ma
lis. s. ẽ ipsa turpitudo: quæ in seminus habet
mali q̃ ille cruciatus. Apud acciũ. in tragœ/
dia: in q̃ Atreus q fratrẽ decepar thyestẽ: hæc
uerba dixit: se. s. nec fregisse fidẽ nec dedisse:
quoniã uoce tantũ nõ mẽte iurauerat. Im/
pio. aliẽo ab omni pietate & dei cultu cui pie/
tatẽ debemus & crudelissimo i fratrẽ. Lu/
culẽte. clare & bene. Addũt. etiam hæc sũt
alia quæ afferebant' cõtra Regulũ. Sed pri
ma uideamus. refellit Cicero ea q̃ cõtra regu
lũ dicta sunt: resumẽs primũ de iureiurãdo:
qđ interpretat' ut ostẽdat nullo mõ uiolãdũ
eẽ. Apta pẽnis. cõiuncta. i. pẽnata & uolãs.
ape apud antiquos significabat cõiũgere. In/
pe apud Virgiliũ: Cœlũ stellis ardentibus ap/ Apere Virgili.
tũ. Iusiurãdũ Iouis. quoniã inuocabãt iurã
do Iouem capitolinũ: fides dicit' ab Ennio pẽ
nata: quasi trãscendẽs uirtus & maxima: quo
niã testes non requirit cum sit tacitũ ĩ pecto/
re numẽ: & iusticiæ fundamẽtum. In capi
tolio fidẽ in capitolio primus cõsecrauit At/
tilius calatinus: inde. M. Aemilius Scaurus.

Sed ne malũ qdẽ. hæc fuit opinio stoicoꝝ
statuẽtiũ nihil eẽ numerãdũ in malis præter
uitia: de his rebus abũde dictũ est supra. stoi/
ci dicebant dolorẽ nõ esse malũ: & beatã uitã
descẽsurã in oĩa tormẽta. Igit' Regulus in illo
dolore nihil mali habebat: qa nõ discedebat
ab officio: & uirtutis præscripto. Philoso/
phi. stoici. s. Nã q aiunt. refellit aliud de tur
pitudine: quã illi dicebant minimã de malis:
& sic cõcludebãt potius uiuẽdũ esse cũ turpi/
tudie q̃ cum calamitate: qđ est cõtra præscri/
ptũ naturæ q̃ honestũ amat & turpitudinẽ
auersat' & odit: & ostẽdit Cicero nullũ malũ
esse maius turpitudine & uitio. turpitudo. n.
maxime refert' ad mores ĩde turpis dicit' in/
famis. Quæ. turpitudo si alios offendit cũ
est ĩ corpore quãto magis ĩ aĩo. Itaq; neruo
sius. & iõ inqt Cice. stoici qui summã uim da
bant uirtuti: nec illã eneruabãt ut pipathetici
& academici: dicebãt id solũ esse malũ quod
eẽt turpe. peripathetici autẽ dicebãt uitiũ esse
summũ malũ: & sic reliquebat' esse alia mala
pter turpitudinem: ut sũt dolores cruciatus
& cætera id genus: quæ stoici mala esse nega/
bãt: quoniã turpitudine uacarent. Neruo/
sius. fortius & uirilius: ut erãt stoici. Solũ:
nec posse dici aliud esse malum præter uitiũ.

Qui remissius. i. qui nõ tantũ roboris uir
tuti tribuunt: & hi sunt peripathetici dicen/
tes multa esse mala: sed uitium esse summũ.
Nam illud quidẽ. nunc trãsit ad sententiã

Accii:ostendens seruari a poeta decoꝝ personæ:nam cum persona Atrei impii & īfidi tractaret̄:sic debebat idu
ci ut loqueret̄.Itaq; Accius nō ideo id dixit:q ita sentiret:sed ut seruaret decoꝝ personæ & ostēdit Cicero fidē
esse seruādam etiā hosti:ut fecit Regulus:q illis fidem seruauit qui nullā fidem habebant:ne ab officio discede
Syllius ret.Ideo Syllius eū celebrat dicēs.Qui lōgum semp fama gliscente p æuū.Infidis seruare fidē memorabere pœ
nis.quotiens inquit iuramus mēte:& id mēte cōcipimus fieri oportere:seruādum est.piratis autem non est ser
uanda fides:quia inter ipsos ius bellicum nō intercedit.his autē seruanda est:cum quibus legitime bellum gerit
tur. Perduellium.hostiū qui quondā uoca
bātur perduelles:& declarat Cicero:quid sit
peierare:afferēs uerba Etheoclis:apud Eury
pidem in phœnissis:qui iurauerat se peracto
anno daturum sceptrū fratri Polynici:sed po
stea dixit se iurasse lingua non mēte. Scite,
docte & sapienter. Ius feciale.de quo dictū
est in primo uolumine:& affert exempla eo
rū q deditū fūt hostibus a senatu:ne ius belli
cum uiolaret̄.seruanda enim sunt iura belli:
ut suo loco dictū est. Apud Caudium.cau
diū oppidū apud samnites inde caudinæ fur
cæ.Saltus duo alti siluosiq; sunt inqt Liuius
montibus circa se perpetuis inter se iuncti.ia
cet inter eos satis patēs clausus in medio cam
Caudiū pus herbidus aquosusq;:per quē mediū iter
est.sed anteq̄ uenias ad eū intrādæ primæ an
gustiæ sunt:& aut eadē qua te īsinuaueris uia
repetēda:aut si ire porro pergas per aliū saltū
arctiorē impeditioreq; euadēdū.illic missus.
fuit romānus exercitus sub iugū a samnitibus
duce Pōtio.T.Veturio Caluino.& Spu.post
humo consu.nota ē historia apud Liuiū li.ix.
Qu.Aemilius:tētata inqt Liuius paulisp in
tercessio ē a.L.Liuio &.Qu.Aemilio tribūis:
neq; exolui religiōe populū aiebāt deditione
sua nisi oia samnitibus q̄lia apud Caudiū fuis
sent restituerēt:neq; se p eo qd spōdēdo pacē
Liuius seruassent:exercitū popu.ro.pœnā ullā meri
tos esse. Fuit sua lor.lege apud Liuiū uerba
posthumi id suadētis. C.Mancinus.Q.Pō
peius consul a Numātinis supatus pacē igno
bilē fecit post eū.C.Hostilius Mācinus cōsul
iteꝝ cū Numātinis pacē fecit infamē:quā po
pulus romanus & senatus infringi iussit.atq;
ipm Mācinū hostibus tradi ut i illo q̄si aucto
re fœderis sæuirēt & iudicarēt.Mancinus au
ctore Plutar.ignauissimus oīum romanorū
ducū fuit:& uictus a Numātinis caduceatorē
ad pacē petēdā hostibus misit:q Tyberiū Mā
cini q̄storē ad se mitti petiert̄:q ad eos pfectus
Mācinus fœdus iecit.& sic.xxx.milia ciuiū romāoꝝ &
Plutar. alios q extra ordinē secuti erāt seruauit:qd fœ
dus a romāis tanq̄ dedecus īprobatū fuit:cen
sentibus:ut cōsul cū q̄store ac tribūis militū
hostibus dederet̄.tādē milites:quoꝝ magna
ps erat ex plæbe effecerūt ut oibus p̄ter q̄ Mā
cino cōsuli parceret̄. Honestius.cū maiore
laude fortitudinis & magnanimitatis. In
eadem causa.quoniā & ipe ante Mancinum
pacem romano nomini indecorem fecerat.
Hic.apud Pompeiū qui nolebat hostibus
dedi. Apud superiores.T.Veturiū.Spuriū
Posthumū consu.qui suaserūt propter hone
statē ut hostibus dederent̄. At non debuit
ratum esse.affert aliud quod potuisset obiici
Regulo:& refellit hoc Cicero dicēs etiam ui

enim iuratū est:ut mens cōciperet fieri oportere:id ob
seruandū est.Quod aliter:id si nō fecerit nullū piuriū
est:ut si prædonibus pactū pro capite preciū non attu
leris:nulla fraus ē:ne si iuratus qdem id nō feceris.Nā
pirata nō est ex pduelliū numero desinitus:sed cōis ho
stis oīum cum hoc non fides esse debet:nec iusiurandū
cōe.Nō enim falsum iurare peierare est.Sed quod ex
animi tui sententia iuraueris:sicut uerbis cōcipitur:mo
re nostro id non facere:periurium est.Scite enim Euri
pides iuraui lingua:mentē iniuratā gero.Regulus ue
ro non debuit cōditiones pactionesq; bellicas & hosti
les pturbare periurio.Cum iusto enim & legitimo ho
ste res gerebat̄:aduersus quem & totum ius faciale:&
multa sunt iura communia.Quod ni ita eēt nunq̄ cla
ros uiros senatus uinctos hostibus dedisset.At uero Ti
tus Veturius & Spurius Posthumius.cum iterum con
sules essent:quia cum male pugnatum apud caudium
esset:legionibus nostris subiugū missis pacē cum sam
nitibus fecerant:dediti sunt his.Iniussu enim populi se
natusq; fecerant.Eodemq; tempore.T.numitius.Q.
Aemilius qui cum tribuni plæbis erāt:quod eorum au
ctoritate pax erat facta dediti sunt:ut pax samnitū re
pudiaretur.Atq; huius deditionis:ipse posthumius:q
debebatur suasor & auctor fuit:qd idem multis annis
post.C.Mancinus:qui ut numantinis qbus cum sine
senatus auctoritate fœdus fecerat:dederet̄:rogationē
suasit eā:quā Lucius furius:& Sextus Atilius ex sena
tusconsulto ferebāt:qua accepta:est hostibus deditus.
Honestius hic q̄ Qu.Pompeius:quo cum in eadem
cā eēt deprecante accepta lex non est.Hic ea quæ ui
debatur utilitas plus ualuit:q̄ honestas.Apud superio
res utilitatis species falsa ab hōestatis auctoritate supe
rata est.At non debuit ratum esse:quod erat actum p
uim:quasi non forti uiro uis possit Adhiberi.Cur igit̄
ad senatum proficiscebat̄ cum præsertim de captiuis
dissuasurus esset.Quod maximum in eo est id repræ
henditis:Non enim suo iudicio stetit:sed suscepit cau
sam:ut esset iudicium senatus cui nisi ipse auctor fuis
set:captiui profecto pœnis redditi essent.Ita icolumis
in patria Regulus restitisset.quod quia patriæ non uti
le putauit:Iccirco honestū sibi & sentire illa & pati cre
didit.Nam quod aiunt.quod ualde utile sit id fieri ho

ro forti posse rem adhiberi. Est aũt uis ut Paulus finit: & supra dictũ est maioris rei impetus: q̃ repelli non po/ Vis
test. Nã quod aiunt. refellit postremũ quod cõtra regulũ dicebaẽ: & dicit id quod ualde utile est esse honestũ:
nõ fieri: quoniã nihil est utile quod nõ sit honestũ: & utile aliqd dicit̃ propter hoc quia honestũ est: nec dicimus
aliqd esse honestũ quia sit utile: sed utile quia honestũ. Mirãdũ inquit in Regulo: quod cẽsuerit nõ fieri permu
tationẽ: eo tpe iusiurãdũ erat arctissimũ uinculũ ad astringẽdã fi dẽ: qđ paret in legibus. xii. tabulaʀ & etiã in no
tis censoriis & iudiciis: cũ cõderent lustra: & recognoscerẽt mores: ut in illos qui ab officio dicessissent animad/
uerteret. & maxĩe si iusiurãdũ uiolauissent:
quod peccatũ uindicabãt leges & ritus sacro/
rum: & nota cẽsoria atq̧ etiã fœdera: quibus
cũ hoste iureiurando interposito fides deuin
ciebat. Hæc oĩa inquit indicãt arctissimum
fuisse apud maiores nostros iurisiurandi uin
culũ. De censura dictũ est: & affert exẽplũ. M.
Põponii trib. plæbis: qui ne iusiurandũ uiola
ret. L. Mãliũ: cui diẽ dixerat: missum fecit. L.
Manlius claui figendi causa dictator dictus ẽ:
qui perinde ac rei gerendæ ac nõ soluendæ re
ligionis causa creatus esset: bellũ hernicũ affe
ctans delectu acerbo iuuentutẽ agitauit. Tan
dẽq̧ oĩbus in eum tribunis plæbis cohortis
seu ui: seu uerecundia uictus dictatura abiit.
In pricipio anni sequẽns dies Manlio dicitur
a. M. Põponio tri. plæ. criminiq̧ ei tribunus
inter cætera dabat inquit Liuius q̧ filiũ iuue Liuius
nem extorrem urbe: domo: penatibus: foro:
luce: cõgressu æqualium ꝓhibitũ in opus ser
uile prope I carcerẽ atq̧ in ergastulũ dederit.
Hic iuuenis. T. Manlius ad põtẽ anienis gallũ
uicit: & torquẽ ademit dictatore. T. Quintio
pœno. Negociũ exhiberi pri. i. urgeri in iu
dicio: unde apđ Senecã ueruit illi exhiberi ne Seneca
gociũ Cæsar: & agellos i quibus uicinalis uia
causa rixæ ac litiũ fuerat: militi suo donauit.
Cognomẽ. quoniã uocatus est torquatus
a Torque hosti adempto. Ad ueserim. pu/
gnatũ est inqt Liuius cũ latinis nõ procul a ra
dicibus uesuuii mõtis: qua uia ad ueserim fe/
rebat: cõsules erãt. T. Mãlius & Decius: qui se
pro romãis legionibus deuouit: & Manlius
auctore Liuio ea uirtute atq̧ consilio in prœ/
lio fuit ut facile cõuenerit iter scriptores utri/
us partis. T. Mãlius dux fuisset: eius futuram
haud dubie fuisse uictoriã. Acerbus i filiũ.
quoniã ipsum securi percuti iussit: quia iniussu
suo cũ Genutio duce Thusculãoʀ pugna/
uerat & uictor spolia rettulerat. nota ẽ histo/
ria apud Liuiũ. Sic decẽ illi. discrepãt iter sꝫ
auctores i hac historia. Lege Liuium & Poly
bium. Decem elegerũt captiui: q Romã ad se
natũ irẽt: & cũ essent egressi castris & se redi/
turos iurassent: unus ex his inquit Liuius: mi
nime Romãi ingenii homo: uelut aliqd obli
tus iurisiurãdi soluẽdi causa cum in castra re
diisset ante noctẽ comites assecutus est: & re
infecta cum nouẽ ad Hannibalẽ redirent ille
domũ abiit: quod fallaci reditu in castra iure/
iurando se exoluisset: qđ ubi innotuit cõptæ
hẽsus ẽ: & custodibus publice datis ad Hãni/
balẽ missus ẽ. Aliqui scripserunt decẽ legatos
primũ uenisse: deinde tres alios. L. Scribonũ.
C. Calphurniũ: & L. Mãlium: & hos tres ad
Hannibalẽ re non impetrata reuertisse: & de
cem illos remansisse: quod per causam reco/

nestum: imo uero esse non fieri. Est enim nihil utile: qđ
idem non honestũ: nec quia utile honestũ ẽ: sed q̃a ho
nestum utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis:
haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius
aut præstantius. Sed ex tota hac laude Reguli: unũ il
lud est admiratione dignum: quod captiuos retinen
dos censuerit. Nam quod rediit nobis non mirabile ui
detur: illis quidem temporibus aliter facere nõ potuit.
Itaq̧ ista laus nõ hominis: sed temporum. Nullum ẽr
uinculum ad astringendam fidem iureiurando maio
res arctius esse uoluerunt: id idicant leges in duodecim
tabulis: indicant sacra, indicant fœdera: quibus etiam
cum hoste deuincitur fides. indicant notationes: aiad
uersionesq̧ censorum: qui nulla de re diligentius q̃ de
iureiurando iudicabant. L. Manlio Auli filio: cũ dicta
tor fuisset. M. Pomponius trib. plæbis diem dixit: q̧ is
paucos sibi dies ad dictaturã gerendã addidisset: crimi
nabaẽ etiam q̧ Titũ filium: qui postea est Torquatus
appellatus: ab hoibus relegasset: & ruri habitari iussis
set: quod cũ audiuisset adolescẽs filius: negociũ exhibe
ri patri: accurrisse Romam: & prima luce põponii do
mũ uenisse dicitur. Cui cũ esset nunciatum q̧ illum ira
tum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitrareẽ
surrexit e lectulo: remotisq̧ arbitris ad se adolescẽtem
iussit uenire. At ille ut igressus est: confestim gladium
distrinxit: iurauitq̧ illum statim itersecturũ: nisi iusiu
randum sibi dedisset: se patrem missum esse facturʀ. Iu
rauit hoc terrore coactus Pomponius: rem ad populũ
detulit. docuit sibi a causa desistere necesse esset: Mãliũ
missum fecit. Tantum temporibus illis iusiurãdum ua
lebat: atq̧ hic. T. Mãlius is est: qui ad aniené galli: quẽ
ab eo prouocatus occiderat: torque detracto cognomẽ
inuenit: cuius tertio cõsulatu latini ad uesẽt in fusi & fu
gati magnus uir i primis: & q nuper idulgens i patrem
idẽ acerbus & seuerus i filiũ. Sed ut laudandus: Regu
lus i cõseruãdo iureiurãdo sic decẽ illi: quos post Can
nẽsem pugnã iuratos ad senatũ misit Hãnibal i castra
redituros ea: quoʀ erãt captiui: nisi de redimẽdis capti
uis ipetrauissent: si nõ redierũt uitupandi: de q̃bus non
oẽs uno mõ. Nã Polybius bonus auctor i primis scri
bit ex decẽ nobilissimis: q tũc erãt missi: nouẽ reuertis
se: a senatu re nõ ipetrata. Vnũ ex decẽ: q paulo postq̃

gnoscendi nomina captiuorum ad Hannibalē ex itinere regressi religione exoluissent sese. & hos proximis censoribus adeo oibus notis ignominiisque confectos esse: ut quidā eorū mortem sibiipsis cōsciuerint. cæteri non foro solum omni deinde uita sed prope luce ac publico cauerint. A Paulo & Varrone. qui erant consules cum ad cannas pugnatum est: ubi Paulus cecidit: & Varro fugiens Venusiam se recepit: & qui ī castris Romanis erant: Hannibali se dediderunt: pacti ut arma: atque equos traderent: & ut se pecunia redimere possent: quod senatus. T. Manlio suadente renuit. Scribit idem Polybius scilicet huius loci disputationis: quæ pertinet ad fortem animum & magnum.

Restat quarta pars. Postquā de iustitia & prudentia: deque fortitudine disseruit: trāsit ad ea quæ pertinent ad tēperantiā: quartā partē honesti: ostēdens nihil eē utile quod temperantiæ repugnet. Et sic refellit illos qui in uoluptate summū bonū statuerūt: quæ nō est utilis: quia nō ē honesta. De decore & aliis mediocritatibus dictū est supra. Cyrenaici. quoniā Aristippus cyrenaicus ut dictum ē: a quo cyrenaicū dogma ī uoluptate summū bonū posuit: huius imitator & ipse cyrenaicus Anniceris philosophus auctore Strabone fuit: a quo annycerii philosophi: hos postea imitatus est Epicurus: quorum opinionē Cice. refellit: ānyceris.

Strabo ut īquit Strabo cyrenaicam sectā & emendauit: & annycerā cōstituit. Quibus. cyrenaicis & annyceris. Obsoletis. reiectis: & cum

Obsoletum iam uenerint in desuetudinē: nam obsoletū dicitur id: quod iam obsorduit: & uenit in desuetudinē. Cōponit obsoletū ab obs & oleo. In rhetoricis ait: hoc uero a plærisque eorum desertum obsoleuisse eo tēpore quo multo uehementius erat retinendū: & studiosius adaugendū. obsolescere proprie est amittere nitorē cū non exerceat. Floret. habet in precio eius opio: & suos habet sectatores. Cū his. cyrenaicis & Epicuro. Velis equisque. i. omni conatu & terra: marique: ut eorum opio refellat proverbiū est quotiēs uolumus ostēdere ultimū conatū. Vt dr. ut ē in proverbio. Nā si. tō quare decertādū est cū his omni cōatu: ut. s. error tollat e medio: & id cōstituat: & teneat: quod ē e natura. Si inquit summū bonū ponet in optima corporis ualitudine: ut uoluit Metrodorus nō dabit locus prudētiæ: quia si iō ab his itroducit: ut eligat uoluptates: quid potest eē turpius quam pudicā matronā meretrici seruire? Metrodorus hic epicureus atheniēsis fuit: & .vii. annos ante epicurum uita functus est auctore laertio. In secūdo de finibus sic ait. Ipse enī Metrodorus pene alter epicurus beatum rē describit his fere uerbis: cū corpus bene cōstitutum sit: & sit exploratum ita futurum. Spe explorata. certa. i. quod quis exploratum habeat se habiturum firmam corporis cōstitutionem sine aliquo dolore. Hæc utilitas. quā ipsi dicunt esse in explorata ualitudine corporis. & sic relinquūt animum & prudētiam quæ debet habere delectū bonorū & malorū. Nā ubi. ratio quare talis utilitas cum honestate pugnabit. Vbi dabit locus. in qua re se exercebit prudētia: an ut inquirat suauitates corporis: quasi dicat apud istos nullū habet locum prudētia: quam cōseruat temperātia. Illi autē qui ī uoluptate summum bonum statuunt:

egressus erat castris: redisset quasi aliquid esset oblitus Romæ remāsisse. Reditu enim in castra liberatum se esse iureiurando interpretabatur non recte. Fraus enim distringit: non dissoluit periurium. Fuit igitur stulta calliditas peruerse imitata prudentiam. Itaque decreuit senatus ut ille ueterator & callidus uinctus ad Hānibalem duceretur. Sed illud maximum. octo hominum milia tenebat Hannibal: non quos ī acie cepisset: aut qui periculo mortis diffugissent: sed qui relicti ī castris fuissent a Paulo & Varrone consulibus. Eos senatus non censuit redimendos: cum id parua pecunia fieri potuisset: ut esset īsitum militibus nostris aut uincere aut emori. Qua quidem re audita fractum animū Hannibalis scripsit idem: quod senatus populusque Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea quæ uidentur utilia uincūtur. Attilius autem: qui græce scripsit historiam: plures ait fuisse: qui in castra reuertissent: eadem fraude: ut iureiurando liberarētur: eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit iam huius loci finis. Perspicuum est enim quæ timido animo humili: demisso: fractoque fiant: quale fuisset Reguli factum: si aut de captiuis: quod ipsi opus esse uidetur. non quod reipub. censuisset: aut domi remanere uoluisset: non esse utilia: quia sunt flagitiosa & fœda: & turpia.

De temperantia:

Restat quarta pars: quæ decore: moderatione: modestia: continentia: temperantia continetur. Potest igitur quicquam utile esse: quod sit huic talium uirtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo cyrenaici atque annycerii philosophi nominati omne bonum in uoluptate posuerunt. uirtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam. quod efficiens esset uoluptatis: quibus obsoletis floret Epicurus: eiusdem fere adiutor: auctorque sententiæ. Cum his uelis equisque: ut dicitur: si honestatē tueri: ac retinere sententia est: decertandum est. nam si non modo utilitas: sed uita hominis beata corporis firma constitutione: eiusque constitutionis spe explorata: ut a Metrodoro scriptum est: continetur. certe hæc utilitas: & quidem summa: sic enim censent: cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiæ locus dabitur:

destruunt temperantiã:& per consequẽs prudentiã. Sed esto inqt nihil esse iucundius tali opinione: tamẽ nihil erit turpius: & cũ turpitudine nõ stat honestũ. ergo necid quod uere est utile: & sic relinquit nihil esse utile: qđ sit tẽperantiæ & prudentiæ contrariũ. & apud illos inqt: qui ponunt summũ malũ in dolore: nulla est fortitudo: q omnia terribilia contẽnit ꝓpter honestatẽ. Epicurus: ut latius disputauit Cicero i libris de finibus: multa dicebat de tolerãdo dolore: sed cũ poneret summũ bonũ in uoluptate: audiẽdus non erat: quoniã absurda dicebat. Itaq; phũs non est ex solis uerbis spectãdus. Consentaneũ. conueniens. Aqua hæret. i. ea q̃ dicit Epicurus absurda sunt: & uer cursum nõ habent: quẽadmodum aqua cũ hæret: & non fluit recto fluxu. puerbiũ est in illos qui absurda dicunt & minime cõuenientia: sed aliena a recto rõnis discursu.

an ut conquirat undiq; suauitates. Quam miser uirtutis famulatus seruiẽtis uoluptati. Quod autem munus prudentiæ: an legere intelligetur uoluptates: Fac nihil isto esse iucundius: quid cogitari potest turpius? Iam qui dolorẽ summũ malũ dicat: apud eum quæ habet locum fortitudo: quæ est dolorum laborumq; contemptio? Quãuis enim multis i locis dicat Epicurus: sicut hic dicit: satis fortiter de dolore: tamen non id spectandũ est quid dicat: sed quid consentaneum sit ei dicere: qui bona in uoluptate terminauerit: mala in dolore: ut si illum audiã de cõtinentia & tẽperãtia. Dicit ille qdem multa multis locis: sed aq̃ hæret: ut aiunt. Nam quõ potest temperãtiam laudare is: qui ponat summũ bonum in uoluptate? Est enim temperantia libidinũ inimica. Libidines aũt cõsectatrices uoluptatis. Atq; in his tãtum tribus generibus quoquo modo possunt: nõ incallide tergiuersantur. Prudentiam itroducunt sciẽtiam suppeditãtem uoluptates: depellentem dolores. Fortitudinem quoq; aliquo modo expediunt. cum tradunt rõnem negligendæ mortis perpetiendiq; doloris. Etiam temperantiam inducunt non facillime illi qdẽ: sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim uoluptatis magnitudine doloris detractiõe fieri. Iustitia uacillat: uel iacet potius. Oẽsq; hæ uirtutes: quæ in comitate cernuntur & in societate generis humani. Neq;. n. bonitas: nec liberalitas: nec comitas esse potest nõ plus q̃ amicitia: si hæc non per se expetantur: ad uoluptatẽ utilitatemue referãtur. Cõferamus igitur in pauca. Nã ut utilitatem nullam esse docuimus: quæ honestati eẽt contraria: sic oẽm uoluptatem dicimus honestati esse contrariam: Quo magis repræhendendos Calliphonẽ & Dinomachum iudico: qui se direpturos cõtrouersiam putauerunt: si cum honestate uoluptatem: tanq̃ cum homine pecudem copulauissent. non recipit istã coniunctionem honestas: aspernatur: repellit. Nec uero finis bonorum & malorum: qui simplex esse debet: ex dissimilibus rebus misceri: & temperari potest. Sed de hoc hactenus. Magna enim res: alio loco pluribus uerbis disputata. nunc ad propositum. Quemadmodum igitur: siquãdo ea quæ uideretur utilitas honestati repugnat: diiudicanda res sit: satis est supra disputatum. Sin autem spẽm utilitatis etiam uoluptas habere

Vt aiũt. ut dicit in puerbio: quoniã non cõuenit ponere summũ bonũ in uoluptate: & laudare tẽperãtiam: q̃ aduersat uoluptatibus: & ponere sũmũ bonũ in idolẽtia: & laudare fortitudinẽ. Ista igit nõ sunt cõsentãea. Atq; i his tantũ tribus generibus. circa tres uirtutes iquit callide disputãt: & uidẽtur eas aliquo modo amplecti allatis quibusdã ratõibus. prudentiã. s. fortitudinẽ: & tẽperãtiam. sed iustitiã oĩno e medio tollũt. per cõsequẽs liberalitatẽ: & ea omnia quæ ad cõmunitatẽ tuendã pertinẽt. ergo remota iusticia remouet omnis uirtus: quæ ad iusticiam referẽt: cum sit ad cõseruationẽ humãæ societatis. Tribus generibus. prudẽtia: fortitudine: & tẽperantia. Tergiuersant. fugiũt istã repræhensionem: & alios fallunt uerbis: quibus uirtutes ipsas uidẽtur afferre tueri & expedire. Nã tergiuersati ẽ fallere & dicta mutare: & quasi tergũ uertere. Tergiuersor Suppeditãtẽ. subministrãtem corpori ipas uoluptates: & hoc esse dicũt munus prudẽtiæ. Expediunt. expedire uidẽtur itroducere: & illi munus assignare suũ: dicentes fortitudinem esse rõnẽ & modum quibus dolor quis patit: & negligit mortẽ cũ uoluptate ut ipsi dicũt. Vacillat. nutat nec põt cõsistere aut esse apud ipsos: cũ omnia referant ad propriã uoluptatẽ non ad cõmunem: quod est cõtra iusticiã. Hæ uirtutes: liberalitas: magnificẽtia: cõitas: affabilitas. Neq; enim. rõ quare iacẽt hæ uirtutes: quoniã uirtus debet ꝓpter se nõ ob aliud: & ipsi dicũt expetendas esse ꝓpter uoluptatem.

Hæc. hæ uirtutes & mediocritates: q ꝓpter se expetũtur: aliter nõ essent uirtutes: de his rebus dictũ est satis loco suo: & cõcludẽs Cice. docet oẽm uoluptatẽ esse contrariã honestati: & repræhẽdit Calliphonem & Dinomachũ: qui ut in principio dictũ est: honesti uoluptatẽ adiũxerũt arbitrãtes hoc modo se dirimere cõtrouersias philosophorum de summo bono. Errauerũt inqt. quoniã honestati adiũxerũt uoluptatẽ: quam honestas auersatur: & odit. Vnde dicit Seneca. Nõ indignor: q post uoluptatẽ ponitur uirtus: sed q oĩno cũ uoluptate cõferat contẽptrix eius & hostis: & lõgissime ab illa resiliẽs. Et finis bonorum inqt Cicero nõ potest cõstitui ex dissimilibus: sed ex re simplici: ad quam omnia referantur Lactãtius sic taxat Aristippũ: Nec satis fuit ita uiuere: sed docere etiã libidines cœpit: ac mores suos de lupanari ad scholam trãstulit: differens uoluptatem corporis esse Seneca Lactantius

dicatur: nulla potest esse ei cum honestate coniunctio Nam ut tribuamus aliquid uoluptati condimenti fortasse non nihil: utilitatis certe nihil habebit.

HAbes a patre munus Marce fili: mea quidem sententia magnum: sed perīde erit ut acceperis. Quanquam hi tres libri inter Cratippi commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. Sed ut si ipse uenissem Athenas: quod quidem esset factum: nisi me e medio cursu clara uoce patria reuocasset: aliquādo me quoq; audires. Sic quoniam his uoluminibus ad te profecta uox mea est: tribue his tēporibus quantum poteris: poteris autem quantum uoles. Cum uero intellexero te hoc sciētiæ genere gaudere: tum & præsens tecum propediem: ut spero: & dum aberis absens loquar. Vale igitur mi Cicero: tibique persuade: te mihi quidem esse carissimum: sed multo fore cariorem: si talibus monimentis præceptisq; lætabere.

FINIS.

summum bonum. quæ doctrina execrabilis & pudenda: non in corde philosophi: sed in sinu meretricis est nata. Alio loco. in libris de finibus: ubi de uario philosophorū dogmate disputauit: disputauimus inquit: quemadmodū iudicari debeat & cognosci si quando utilitas honestati repugnabit: & uoluptas etiam si haberet aliquam apparentiā utilitatis: tamen cum honestate coniungi nō potest: & uoluptas inquit aliquid cōdimenti & saporis habere potest: utilitatis autē nihil habebit: cum non sit honesta. ergo uoluptas corporis nūquā utilis: quia nunq̄ honesta. Et sic nihil erit utile: quod temperantiæ de qua agitur: repugnabit.

IMponens Cicero huic operi quasi fastigium & extremam manū uertit sermonem ad filiū captans a re ipsa beniuolentiam & etiam a se: monēs filium ut his præceptis & monimentis gaudeat: quæ ad ipsius eruditionem instituta sunt. Sed perinde. sit & tanti precii. Vt. sicut acceperis. nam si illud magnifacies: magnū erit: nam res tanti sunt: quanti æstimantur. Habes Reuerendissime præsul a Marso seruo munus multis uigiliis & sudoribus elucubratum: quod iuuenibus & litterarum archana ingressis profuturū arbitror. Sed perīdeerit apud te & alios: qui id quicquid est auspicio tuo lecturi sunt: ut acceperis: & nomē auctoritatēq; dederis: quod si mihi: ut spero: lectiōe tua & grato animo continget: ad maiora excitabor: ad quæ acri me animo aspirare scias. Effice igit̄ quæso: ut prima hæc foetura patris animum non reprimat: sed nominis & æternitatis ardore flagrantem & ad altiora currentem admotis calcaribus impellat. Vale.

LAVS DEO

AD LECTORES

HAec habui candidi lectores quæ in his commentariolis delenda putarem: & pro tanti operis ornamento addenda ducerem. Plura desiderari nō ignoro. Sed non omnibus tuta et inter cyaneas petras contingit nauigatio. Hæc qualiacunq; sunt boni consulentes animum non rem æstimetis. Cupio tantum prodesse. Sed ad id præstandum uires non suppetunt. Et sus mineruam docere non potest. Etiam non recte scribentibus gratia debetur. Alios enim excitant ad patrocinium ueritatis. Pro qua generosa illa antiquitas dies noctesq; ut posteritati consuleret laborauit. Valete ad uotum. Et syllii recognitionem: quæ iam cuditur: sed cum apologia expecteris. Inuretur certe ignorantium omnium arrogantissimo: & corruptorum corruptissimo Antonio uolsco nota: quam ob linguæ petulantiam: furoresq; meretur. Magnoq; optabit emptum non scripsisse in tenebris illis propertianis incidisse in suas manus nouos in syllium commentarios cuiusdam præsbyteri: qui marsus ferebatur. Sed incertum est uestinus sit an marrucinus. Me marsum experietur. Non didicit ab eurypide uir temerarius & procacissimus linguam habere incastigatam morbum esse turpissimum. De me ut sibi & omnibus hominibus ignoto scribit: qui totiens ob uitæ dedecus & ignorantiam conspectum ueritus meum in lustris delituit. Me uulperula non agnoscit: cui iam per annos sexdecim tot laqueos disposuit: tot struxit īsidias: tot dolos excogitauit: ut iam fraudolētissimi ingenii sui commenta consumpserit. Præsbyterum me ad ignominiam: ut ipse opinatur: appellat. Quod mirum non est. Vir quippe impius: & crucis christi inimicus: sacerdotium ducit dedecus: & id mihi uir nefarius uitio uertit: quo uita mea censetur imprimis. Sed de his hactenus: omnia tempus habent. Vale iterum.

OS
M

candi
enda
nigz